Ad ueros uirginis deuotos. ⁊ ſue benedictiſſime Cō
ceptionis Amatores.

Virginis egregium ſupreme/quiſquis honorem
Diligit: hec placido lilia corde legat.
Hoc niuei certe flores naſcuntur in orto.
Vndique celeſtis fragrat odoris ager:
Quotquot ab infecta primi radice parentis
Deſcendunt: maculam lege uolente trahunt.
Si quis ab hac/celi magnam non excipit alti
Reginam: miſere fallitur ille miſer.
Quam bene deuoti cordis ſententia tantam
Diuina teneat non caruiſſe manu
Quam bene: que contra: ſoluantur inania lector
Clarius hic clara cernere luce potes.

Auctoris Epiſtola. pro cõpendij Uirginei honoris Auctoritate: Et defenſionis Innocentiſſime Conceptionis firmitate.

Reuerendiſſimo in chriſto patri. Dño .D. Gabrieli vero neſi diuia prouidẽtia Epo agrieſi: ac Sacroſancte Eccl'ie Roãne. Sãctoꝝ Sergij ꝛ bacchi digniſſimo Cardinali. Frater Ludouicus a Turri ꝺ Verona: ordinis minoꝝ obſuãtie minimus: Reuerẽtiã et Comẽdationez in domino debitã ꝛ deuotã. Excelſa iam pridez diuinarũ ſcripturarum faſtigia pſcrutãtez: ea preſertim: que de illibate virginis candida conceptiõe cõmemorant: dum ſinceram piſſimãqꝫ veritatẽ purgatiſſimo cernerem intuitu mentali: eandem per publica ſcripta in lucem prodere: obnoxium ſemper atqꝫ deuictum me fore diiudicaui. Ad qꝺ pagẽdũ dũ tardiuſculus icederẽ: Inuectiuaꝝ libellus: Comiti petro de gãbara directus ad man⁹ meas puenit: Cuius inſanis: peſtiferiſqꝫ ſuaſionibus Candidate virginis: niueam denigrantibus conceptionẽ: uelut acutiſſimis ſeduliſqꝫ cõmotus aculeis: infixis quoqꝫ calcaribus ſtimulatus greſſus ꝓperaui. Et quod iã mente peruolueram ad optatũ finem celeſti comitante ſuffragio perduxi. Ipſaz nãqꝫ veritatẽ ſub trium punctorum expoſitione enucleatam tradidi: Cunctaqꝫ tante huic catholice deciſioni aduerſantia: ſpirituali malleo: diuinaqꝫ virtute conterens ad nihilum plane redegi: quandoquidem que ſcripturarum capitoſa prodeunt interpretatione diu ſubſiſtere altiſſimus veritatis doctor minime pmittit. Accipe igit' Reuerendiſſime. D. qui ſemper immaculate Conceptionis precipuuſ extitiſti zellator: tractatũ virginei honoris Cõpendiũ intitulatũ: correctionem pariter: atqꝫ auctoritatem. A. D. T. Flagitantẽ vt tali tantoqꝫ cõmunitus approbatore: deuotiſſimis: atqꝫ ad celi glorioſiſſimam Imperatricẽ affectionatiſſimis mentib⁹: ad medullarem cordis exultationem tutiſſimũqꝫ refugiũ cedat. Valeat tua Reuerendiſſima Dñatio Quaz Jeſus ꝛ Maria: Filius videlicz ꝛ Mater ubiqꝫ cõſeruent: ꝛ cuſtodiant. Cõmendatã eidez dominationi reddo ſeruitutem ꝛ paupertatem meam.

Eiuſdez Auctoris: ⁊ pro eadē firmitate Carmen.

Accipe iocundo preſul digniſſime vultu:
Quod tanto ardenti dirigo corde viro:
Hoc opus exili tentatum robore mentis
Perfectum creuit finis ad uſq; diem.
Uirginis excelſe forti certamine laudes:
Et ſtricto lucem protegit enſe piam.
Sed cui me ſtudij cogit dilectio feruens
Tradere primitias: o reuerende mei
Hoc tua non magnum felix domi natio munus
Clementi haud ſpernens corrigat ore manu.
Uirginis exornant librum preconia ſancte
Sed tua firmabit dextera ſacra pater.

Prenominati. D. Cardinalis: Ad Uicarium Generalem ordinis minorum: Fratrez Uidelicet Angelum de Clauaſio: p operis correctione: ſed magis approbatione Epiſtola.

V Enerāde pr̄: ſalutē: hiſce tēporibus: dū varijs mirū i modum curis detentus ſeduliſq; ac diutinis vexarer anxietatib⁹ preſentis operiſ munuſcula: ex honorabili fratre Ludouico a Turri letus admodū ſuſcepi. cuius cum ſentētias omni ex parte fundatiſſimas modū quoq;: ⁊ ſcribēdi ordinē tacitus cōſpicerē: veritates quoq; ipſa luce clariores admirarer: pfecto opus nō humanū: ſed celeſti potius famine deprōptū fateri cōpulſus ſuz. Uerū q2 ipſe idē libellus a me approbandus: ⁊ ex Auctoris humilitate emendandus traditus ē: ⁊ ego multis implicitus curis: vndiq; hinc inde emergentibus diligentius cuncta pcurrere nequiui: Ne tale actm̄ per incuriā depereat opus: id .p. tue quā plenius in his edoctā certo ſcio deſtinādūz cenſui: vt ab ipſa correctus: pariter ⁊ emēdatus: ſi huiuſmodi indigebit roboris pleniorē obtineat firmitatez: ⁊ taliter communitus: ſub ſancte obedientie vinculis imprimēdus auctori reddatur. vale.

Ad prefatum. F. Ludouicū Uicarij Generalis Epiſtola operis approbatiua: ⁊ impreſſiōis libri preceptiua.

Enerabilis pater : Salutē: a Reverendiſſimo Dño. D. Gabrieli veronēſi digniſſimo Cardinali Supioribꝰ diebꝰ opus a. t. p. editū maximo cū gaudio ſuſcepi: qd duȝ totaꝰ mētis qete diligēti qꝫ indagine pſcrutarer: exiliēs dixi: flores apparuerūt in terra noſtra: tēpus publicationis aduenit: Nō eni (vt verꝫ fatear) emēdatiōe opus hȝ qn potius tāqꝫ celeſte munus mēti tue ab ipſius imaculatiſſime virginis filio zelatoreqꝫ qꝫ maximo diuinitus impreſſū ſūmis eſt laudibus atqꝫ preconijs efferēdū: ſi tamē mortaliſ tāto cōpēdio qcqꝫ pōt auctoritatis tribuerī ipȝ laudo cōfirmo: ⁊ ōi ex pte approbatum trado: Orās obnixe: imo pcipiens vt qꝫ totiꝰ pitiſſimis tradaī ipreſſoribus quo p ipm largifluā cōmunicationē ampliores do eiuſqꝫ illibate genitrici laudes accreſcant: ad cuiꝰ gloriā cuncta rede pmiſiſſe dubiū nō ē; vale: ⁊ ora pro me.

Prologus i cōpendiū virginei honoris: Siue in tractatum: imaculate cōceptionis.

Ptare nunc Cōdeuotiſſimi virginee innocētie ⁊ ſingulares bñdicte cōceptioniſ zelatores Id facundie ⁊ ingenij mihi pſtari: Quod doctiſſimo Auguſtino i oībus ſuis libris non defuiſſe cognouimus: pſertiȝ cū pſuadere conatur Corpus Sāctiſſime matris dei poſt cōem guſtatā mortē iterū aīe Reunitū: ⁊ nūc in celis pfecte glorificatū in toto. n. illo tractatu ſatis docet: qꝫ tātā chriſti genitricē cōibus penis ⁊ vniuerſali ſñie ſubiectā aliqui credāt. Et nō magis erga eā aliquā ab his fuiſſe exceptionē: qꝫ erga ſimplicē puri hominis matrē. Licet. n. lege ſortis humane: morteȝ ſubijſſe tēporalē dicere nō metuat: metuit tamē aſſerere; illud bñdictiſſimū corpus Corruptionē pulueris hūiſſe. Excipitur itaqꝫ ab illa Sñia generali virgo Maria. puluis es ⁊ in puluerē reuerteris: Sicut ēt a multis alijs q̄ qꝫuis ei vt humane nature indiuiduū nō cōgruant congruunt tamen ſibi reſpectu filij quem genuit. Quorſuȝ aūt hec premittantur exprimere vtile fore nō dubito. Iam diu Certatum fuit. Et adhuc ſub iudice lis eſt: an Sanctiſſima ſuper ſanctos: ⁊ Immaculata Virgo benedicta in ſua cōceptione originalis peccati aliquam admiſerit maculam: cuius rei veritas: aliquibus non modo hactenus occulta remanſit: immo ſub

credulitate:veritati oppoſita ad-
huc multi pſiſtunt:Et hoc nõ ni-
ſi:qa hanc ſingularẽ genitricẽ ma
ledicto cõis legis penitus ſubijci
dixerũt in eundẽ quaſi coinciden-
tes errorẽ cõtra quẽ in prenomi-
nato tractatu arguit Auguſtin⁹.
Quia ſicut illi.B.virginẽ morti:
⁊ eius ſequelis ſubmiſerunt.Ita
hi Natiuitatem primã cũ omni
bus ſuis ſequelis eidez virgini at
tribunt.Quod quante ſit imperfe
ctionis ipſi viderint.Maxime
argumentis deuotiſſimi Auguſti-
ni inſpectis.Que nõ minus con-
tra male ſentientes de virginis cõ
ceptione militant:q̃z cõtra illos
qui eius corpus pulueribus reſo
lutum atteſtantur:immo pace eo
rum dixeriz maiorem videtur pa
ti calumniaz hec falſo credita opi
nio:q̃z prima opinata credulitas
cum illorum error reſpectu corpo
ris ſit:horũ vero defenſa falſitas
in benedicte virginis completam
perſonã nõ puram vt infra declara
bitur atteſtetur infamiam:vtinam
ſaltem huic adherentes opinioni
ſolis ſibi ipſis errarent:ſoli in hoc
deciperentur:ſoli inq̃z ipſi tãtã ma
cularent Reginaz.vtinã vtinã bo
ne fidei poſſeſſores ad hanc eorũ
viam non deducerent. Namirum

ſufficiebat eis:poſſe ſine peccato
pro hac credita falſitate publica
declamatione apparentia expone
re argumenta omnibus ſignifica-
re:quo ordine ad hanc peruene-
rit opinionẽ excuſatoſ ſe toti red-
dere eccleſie de Jamdiu confeſſa
virginea macula. Longa tamen
nimis lõga fuit:impudica illa lin
gua que oppoſituz ſue opinionis
confitentes hereticos peccatores
⁊ indeuotos proclamauit:Inde-
uotus eſt qui deuotiſſimam ſuper
deuotos defendit:peccator erit q
peccatorum aduocatã immunem
a peccato predicat:hereticus re-
putabitur qui ſcripture ſacre ⁊ ſã
ctorum patrum dicta pie catholi-
ce:⁊ ſecunduz q̃ ſpiritus ſanctus
ſuggerit interpretatur.Minime
immo:talium deuotorum confeſſio
apud deum ⁊ fidos tante Ma-
tris amicos:catholica:pijſſima:⁊
deuota iudicaſ:Sed longior ma
gis:Et longiſſima multum fuit il-
la temeraria manuſ:que ſcripture
tradere preſumpſit huius inno-
centiſſime cõceptionis zelatores
vento plenos:Scalciatoſ ⁊ ſapia
vacuos fore,Heu atq̃z iterum heu
ad quam perducitur procacitatez
lingua ⁊ manus:non modo chri
ſtiani:immo profeſſione ⁊ habi-

tu ſaltem religioſi : qui Scalcia/
tos ita Scurriliter expꝛimit ac ſi
Scalciari ridiculoſuꝫ eſſet: Sed ſi
ſcalciari ſtulticiam denotat quali/
ter Apoſtolos : immo ⁊ Chꝛiſtuꝫ
benedictum ab hac excludemus
ſtultitia qui ſcalciati licet cū San
dalibus hieronymo ⁊ Chꝛiſoſto/
mo teſtibus incedebant : videat
queſo talis Scalciatorum obiur/
gatoꝛ Sanctum ⁊ Seraphicum
.B. Bonauenturam ſuper capitu
lo ſecundo Regule fratrū mino/
rum : quomodo euangelico telo
Scalciationē pauperrimaꝫ in hac
ſancta Regula defenſat vnde po
ſtea q̄ꝫ expoſuit ꝙ Chꝛiſtuſ docuit
ſine calciamentis incedere ⁊ ꝙ
ipſe hoc ſeruauit : Et ꝙ hierony/
mus ⁊ ſui monachi nudis incede
bant pedibus infert. Si Chꝛiſtus
nudis pedibus minime inceſſiſſet
qualiter rationabiliter de phari/
ſeo queſtus fuiſſet dicens Aquaꝫ
pedibus meis non dediſti: hec aūt
ex quo intraui: non ceſſauit lachꝛi
mis rigare pedes meos. Sed hic
quidam ſenſui ſuo innitentes : ⁊
ipſum chꝛiſti ſenſui pꝛeferētes di
cunt melius eſſe pꝛo doctrina ve/
ritatis calciatum eſſe: q̄ꝫ diſcalcia
tum ne impediatur verbum dei.

Sed attendant illi ꝙ nulla foꝛ/
ma eſt aptioꝛ euangelizandi : q̄ꝫ
illa in qua toti oꝛbi fuit euangeli/
um pꝛedicatum hoc autem factuꝫ
eſt nudis pedibus vnde hierony.
in epiſtola ad gerundiam dicit :
Diſcipuli toto oꝛbe peregrini
non es zona non caligas habue
re in pedibus hec ille fateoꝛ aſpe
ram eſſe pedum nuditatem . In
hyeme quidē aſperiorē pꝛopter
frigiditatem: in eſtate grauioꝛem
pꝛopter duritiem maioꝛem: quia
caloꝛ plus oppꝛimit terre glebas
q̄ꝫ frigus caloꝛ etiaꝫ ſcindit ⁊ gra
uiter frangit pedes nudos ⁊ ta/
men ipſi fratres gaudentes cū a
poſtolo ī frigore ⁊ nuditate : nec
algoꝛibus hyemis nec ardoꝛibus
eſtatis hactenus dimiſerunt quin
nudis pedibus adiuerint remotiſ
ſimas partes mundi . teſtes ſunt
Tartari Barbari Pagāi ⁊ Sa/
racini Catholici ⁊ Sciſmatici in
multiplici parte mundi non eſt er
go eis inpedimento pedum nudi
tas maxime cum vt regula mani/
feſte dicit poſſint neceſſitate exi/
gente calciamenta poꝛtare : hec
ſanctus bonauentura: Apoſtolicꝰ
ergo oꝛdo neſcit calceiſ vti q pꝛin
cipeſ aplice pfectiōis ⁊ paupttaꝭ

calciamenta minime habuiſſe nō ignorat: moyſi quoqꝫ ad Secreta dei miſteria pſcrutanda: celitus inuitato: mādatū fuit vt calciamēta ſolueret nudiſqꝫ plantis: nudā ꝛ aptā interioribus oculis cōſpiceret veritatē ꝛ tñ tātorū imitatores ſcalciatorū ita turpiter tanqꝫ graui laborante inſania ab amico calūniātur. Sꝫ mirum non eſt. Si apoſtolice detrahens pfectioni ēt in huius ordinis filios. Inuectiuā Cōponere auſus eſt In chriſtū eni malus: in chriſti quoqꝫ ſeruū maluſ fore facile cōuincitur. Mētitus eſt ergo pauper iſte in caput ſuū obloquēdo de ſcalciatione: ſed nō minus in alia ſua oblocutione: qua huius ordinis filios: uēto plenos uocat: hi nāqꝫ ut uerā ꝛ apoſtolicā addiſcāt humilitatē: ad humilis Frācīſci ſcholas uenerūt. quō ergo uento hoc eſt ſuperbie ſpū pleni eſſe poterūt? Pauperū collegiū ſuper oia beatitudinē pauptatis āplectitur: que ꝛ tēporalibus renuntiat. Et ſupbie ſpūm oio extiguit: Et tñ Amicus iſte: in ſua inuectiua hos ſupbia plenos accuſat: Nēpe liuor ꝛ paſſio hoc ſibi ſuaſerūt: licet ꝛ cōcedi vere poſſet qꝺ tñ ipe malicioſe cōpoſuit: ut de eo dicaꝛ: qꝺ ꝺ Cayphas chriſti dilectus io[illegible] teſtaꝛ. pſetauit. n. inquit cum eſſet pontifex anni illius Sic iſte in libello prophetauit cum inter dilectos filios magni confeſſoris ꝛ patris alterius religionis habitu ſaltem annumeratꝰ ſit: prophetauit ergo cōpoſitor iſte quia Apoſtolici ordinis filij vere ſcalciati ſūt cū eoꝝ affectus p pedeſ in diuina ſcriptura ſignificati: Iā tēporalibus nudati ſolū ad diuinū tendāt amorē. qui ergo omnino re ꝛ voto omnibus renūciauerūt vt perfectionis euangelice veſtigia ſequi poſſint non ſolū ſine calceis imo penitus nudi ab huiuſmodi mūdialibꝰ remanſerunt: Specialiter tamē hec benedicta Religio ſcalciatiōe decoratur pp amorem honeſtatis: vt exteriori habitu ſignificent qꝺ interius cōſeruant: Nolūt itaqꝫ pellibus beſtiarū pedibus cooperiri quia eorū deſideria nullo carnali ēt paruo fantaſmate coinquinantur: Pelles igitur beſtiarum ſunt voluptates ꝛ appetitus cānales. A quibus apłici viri ſic ſe abſtraxerunt ꝙ de illis illud Apoc. 14. dici poſſit: hi ſequūtur agnum quocunqꝫ ierit: Profetauit etiaꝫ amicus dicēs hoſ vento plenos: Quomodo. n. vacui eſſe poſſūt i quos ex alto ab eo qui ventis ꝛ mari imperat: inſufflatum ē ꝛ dictum?

Accipite ſpūꝫ ſcūm. Nempe ple
ni ſunt vento.i.flatu bñdicto ſpūs
ſancti: ad eoꝝ patris ſimilitudi-
nē: cuius ſemel inſufflatio in ſotiū
facta tante fuit efficacie: vt eius
mentē ꝛ corpus realiter a terra
ſubleuaret. Inſufflauit ergo eorū
pater: inſufflauit ꝛ ipē chriſtus in
ipſorum affectibus: cuius flatus
fuit ignitus ventus: vrens ꝛ non
deſtruēs: accēdēs ꝛ nō cōſumēs
O felix flatus. O ſuauis uen-
tus: Utinā ſemp inſuflaret i ani
ma mea: Et cuiuſcūqꝫ deſtāta uir-
gie bene ſētiētis. O ſācta calūnia
Et ſalutifera iiuria: de pfectione
accuſari. Nulla uos: ſancti pr̄is fi
lij teneat propt̄ hoc triſticia. Nul
lus cōterat dolor: hec .n. que ſūt
vobis ꝑ defēſāda v̄itate illata co
ronā nō penā p̄ſentāt: Illi illi ſoli
q oblocut⁹ ē i chriſtū dñi ſit timor:
Contremiſcat ſibi cor ꝛ lingua ve
recundet̄ vita: abſcōdat faciē ſu-
am a cōſpectu fideliū: qa nō dubi
tauit iuectiuā: i tātū ordieꝫ publi
ce tradere: preſūpſit turpia loqui
de filijs a chriſto ſpāliter dilectiſ:
amicis Regine celi: audacter ni
mis nimis detraxit. Joanes ba-
ptiſta: quo inter natos mulierum
nullus maior: contremiſcit tan-
gere verticem calciamentorū chri
ſti pro calciamentis tamen ad
calcgas

modum declaratuꝫ a doctoribus
intelligendo: ꝛ pauper iſte cecus
ꝛ pluſquam dici poſſit mendicus
nō dubitat detrahere religiōi be
nedictiſſime: pfectioni apoſtolice
v̄giniqꝫ electe ꝛ p̄electe calūniā:
Inferre. Sibi queſo videat. Si-
bi conſideret: Culpam agnoſcat
Emendamqꝫ proponat. Quia nō
in filios hominuꝫ hec tanta illata
eſt blaſſemia: ſed in ipſum ſuper
homines ſtigmatizatum ꝛ Jeſu
chriſti vulneribus inſignitum frā
ciſcum: Scalciatorum (Jta dixe-
riꝫ) patriarcham Quin Immo in
ipſum benedictū Jeſum: in ipſam
deniqꝫ hominum ꝛ Angelorum
Reginam: Cuius honorem ꝛ In
nocentiam ſpetialiter Seraficus
ordo zelat: Timeat timeat homo
iſte diuinam vltionem: Timeat
virgineam vindictam ꝛ ſanctorū
iram: ne ſi diu voluntariam diſtu
lerit ſubire ſatiſfactioneꝫ cito aut
ſubito cogatur. Inutilem ꝛ tamē
terribilem pati ſententiam. Nos
autem o condeuotiſſimi materne
puritatis veritati Annuentes: nō
timeamus tante Matris laudes
proclamare deſcribere ꝛ expo-
nere: cum totiens deum miro mo-
do benedicamus quotiens de vir
gineis perfectionibus recte ſen
tim⁹. De ea igitur loqui: aut ſcri-

pture tradere leticia inenarrabilis: Eius innocentiam defendere. Salus eſt animarum. Quare repellere falſa adducta argumenta: ſpecialiter in inuectiua illius non modo bonum: ſed ⁊ ſanctuꝫ iuſtumqꝫ fore cenſeo: vt intelligant omnes eiuſdeꝫ virginis familiares: ꝙ huic confeſſe veritati non tantum ſuffragatur pietas: ſeu deuotio: verum etiam maxima reuellata ratio ⁊ ratiōabilis probatio: cuius virtute quecunqꝫ falſo oppoſite interpretatiōes repelluntur ⁊ omnino annullantur: vobis itaqꝫ amicis Sancte Marie (quibus de eius Immaculata Conceptione: pie ⁊ catholice ſentire ſemp placuit) Opus preſens de innocentia virginea trado: ⁊ dono: vt ⁊ credita veritas magis firma ⁊ ſtabilis i animo perſeueret: ⁊ ſi (quod abſit) fuiſſet aliquādo pſuaſa falſitas: fideli hac atqꝫ reuellata opinione: poſſit vnuſquiſqꝫ illam repellere: illius palliata ſoluere argumenta: ⁊ fictas percipere interpretationes. Ante autem propoſiti laboris executionem: ad hanc maximam miſerorum fiduciam: dei ſanctam genitriceꝫ omnes recurramus: Ipſa namqꝫ (teſte Auguſtino) poſt filiuꝫ ſingulare noſtrum eſt refugium: Ipſa Spes ⁊ ſalus: Ipſa noſtra protectio: Et licet ſēper non ceſſet pro omnibus ad deum intercedere: pro illis tamen (qui ab ea Innocentie decus non auferunt) ſpetiale preſtat ſuffragiū: Ad te itaqꝫ. O innocentiſſima ſuper innocentes: ⁊ o benedicta mater ⁊ virgo: recurrimus omnes genibus prouolutis: Suſpirijs ⁊ gemitibus: immo affectu ſupplicantes: non voce: vt miſeris nobis miſerearis: Miſeri eniꝫ ſumus: ⁊ ſuper miſeros miſerrimi: Si libelli contra innocentiſſime tue cōceptionis veritatem editi calumniā non repellimus: Ipſius ergo o miſericordie plena i hoc tractatu manum dirigas ad tuas defenſandas perfectiones: cuius iamdiu affectum accendiſti.

Ad Condeuotos virginis: pro opuſculo Carmen:

Accipite oblatum ſincero corde libellum
O quos virginei Zelus honoris habet
Poſſit vt inſignem celi ſine labe creatam
Reginam ſtabili quiſqꝫ tenere fide.

Grandibus ⁊ varijs cingens mu
ralibus vrbem
Perſpicuaȝ imprimis tradere
curo viam.
Adijcio inuictum flammis crepi
tantibus ignem
Rugoſum in cineres quo redi/
gatur opus.
Gaudeo ſi mentes ſpargo dulce/
dine veſtras.
Sed me vos precibus: queſo iu
uate pijs.

Incipit Tractatus: de Jmma
culata Conceptione Benedictiſ/
ſime Uirginis: ſiue Compendiuȝ
virginei honoris:

S Cripturus: Domeſtico: ⁊
Theologico Stilo: de Sã/
cte Marie Jmmaculata Conce
ptione: prius volui de originalis
peccati quiditate/⁊ eius cãlitate
ſiue contrahibilitate nõnulla pre
mittere: quod quaſi operis radi/
cem figere fuit: poſt hanc enim fa
miliarem expoſitionem: tuta: at/
qȝ catholica: concluſio illata (que
a virginis amicis creditur) faci/
lius intelligi poterit: Et quia (vt
ante declaratum fuit) parum eſſet
opinioni huic negatiue adhere/
re: ni aliorum ſoluerentur oppo/
ſita argumenta: Jdeo originalis
peccati macula: ⁊ Jnnocẽtia vir/
ginea expoſitis: ad omnia ad/
uerſariorum euacuanda dicta ſta
tim manum dirigam: Jtaqȝ in
hoc virginei honoris compendio
Tres principales Articuli ad
modum Scoti (quem ſemper Au
rigam ĩ hac materia habere pro
pono) formabuntur. Quorum pri
mus tenet preambulam declara
tionem Jllorum: que neceſſario
premitti debent anteqȝ concluſio
intenta proponatur. Secundus
erit: concluſionis principalis cuȝ
concomitantibus: pia/deuota
⁊ catholica expoſitio. Tertius
erit Argumentorum: ⁊ Auctori/
tatum aliquali apparentia: huic
fideli concluſioni contrariantiuȝ:
generalis ⁊ theologica ſolutio.
Quia vero aliquorum ſtudia/Jta
contra iſtam piam opinioneȝ/vel
melius creditam veritatem ho/
diernis temporibus tendunt: vt
quicquid de hac ſcribitur repre/
hendenduȝ putẽt: Jdeo hos pri
muȝ moneo/⁊ obteſtor: vt ſic exẽ
plaria iſta quieto ⁊ tranquillo a/
nimo omni ſcilicet depoſita paſ/
ſione legant: qȝ magis inuente ve
ritatis dulcedine repleantur: qȝ
(q̃ falſo accuſare poſſint) ĩpudice

neſtigēt. Teſtis.n.ē mihi deꝰ: teſtis ⁊ ꝯſcīa: ꝙ nulla ad hoc opus īpulit paſſio: nullꝰ acceſſit iordinatus amor: ſʒ ſolū bn̄dictiſſime marie puritas: ⁊ ad eiꝰ inocētiā intēſiſſimꝰ zelus: cuiꝰ continuus morſus nullū: aut ſaltē paruū ꝑſtabat refrigeriū: ſi qđ ſpūs ſcūs ſuggerebat: calamo nō expreſſiſſez. nō potui ergo q̄ ex alto audiui: ⁊ vidi nō loqui: cū deo magis obedire opoꝛteat magis q̄ʒ hoīb: Quare: vt verbis vtar hieronymi: opuſculū hoc legāt qui volūt: q nolunt abījciāt: euētilēt apices: l̄ras calūniēt: magis tn̄ deuotoꝝ charitate ꝓuocaboꝛ ad virginis defenſandā inocētiā: q̄ʒ aliquoꝝ detractiōe: ſine odio deterreboꝛ. Nūc igitur ad pꝛimi articuli executionem deſcēdendum eſt.

¶ Pꝛimus articulus. In quo peccati oꝛiginalis. quiditas. contractio: ⁊ deletio declaratur.

Circa pꝛimū articulū oꝛdinate ꝓcedēdo occurrūt tria pūcta declarāda Iuxta triū cōcluſionū numeꝝ. nā qꝛ ſʒ Ariſto. p°. poſte. de ſubiecto ꝑſupponit̄ qd ⁊ qꝛ. iō declarat̄ p°. peccatū oꝛiginale: quātū ad ſuū: qd ē: ſīi quātū ad ſuā q̄ditatē. 2°. quātū ad ſuā contrabibilitatē. 3°. quātū ad eiuſdez delebilitatē. Pꝛo pfectioꝛi autez declaratiōe pꝛimi puncti ſiue concluſiōis: decē pꝛemittunt̄ veritates: pꝛeuie ⁊ valđ oppoꝛtune: ad ipſius qđ eſt peccati oꝛiginalis intelligētiā: vt tandē diffinitio eius inferat̄. Et hic modus per totum proceſſum ſemper ſeruabitur.

Ueritates. x. pꝛeuie pꝛime concluſioni pꝛimi articuli pꝛincipal̄.

p°. Ueritas: Non eſt inconueniens peccati oꝛiginalis ſuum qđ eſt aſſignare. patet. Iſta veritas. per Sco. in. 4°. di. p°. q. 2°. ar. p°. declarantem: cuius poteſt eſſe diffinitio: ⁊ cuius non. Ubi de hoc ponit generalem regulam dicens. Cuiuſcunq ſiue entis ſiue non entis: quod poteſt concipi: ⁊ ſignari poteſt eſſe aliqua ratio nominis: que. ſ. explicet diſtincte illđ quod nomen impoꝛtat confuſe ⁊ implicite. patet. de chimera: cuiꝰ eſſe ē ficticium ab intellectu foꝛmatum et tamē poteſt foꝛmari aliqua ratio diſtincta ⁊ explicita: que impoꝛtet id quod implicite denotat illđ nomen. vnde pōt dici: ꝙ chimera eſt vnū tale ens fictū cuius pedes eſſent ſic: ⁊ caput ſic: modo quelibet talis ratio: poteſt dici diffi-

nitio: extēdēdo tñ nomē diffinitio nis. Quia diffinitio proprie dicta nō eſt niſi oro ſignificās verū. p°. Thopi. Ideo nō ē quecūqꝫ ratio nois: ſed ratio p quā diſtincte indicatur verꝫ: qd eſt eſſe rei: nō eſt ergo ꝓprie nō entis ſicut nec illius: qδ nec ē p ſe unū. pꝫ. 7. Meta. Nec ēt ē entis rōnis: vt alias dicet. Quia aūt dicit. ꝙ diffinitio ipropria pōt dari de nō ente. nota (vt ipſe exponit ſe infra:) Non ens pōt ſummi dupliciter. p°. pro puro impoſſibili: qδ eſt illud cuiꝰ ratio in ſe eſt falſa: eo modo quo loquit. Ariſto. 5. Meta. c. de falſo: ꝛ hoc eſt qñ particule alicuius rationis declarantis nomen alicuius non entis inter ſe contradicūt: modo quo loqtur idem Sco. p°. di. 2. q. 3. in ſolutione ſecundi argumēti principalis: qñ ꝓbat: ꝙ licet iſta ſit in ſe vera: deus eſt. qꝛ ſubiectuꝫ iſtud ſingulare includit predicatū ſub modo cōcipiēdi cōuenienti ipſi concepto. Et ſic includit rationē quaſi i ſe verā. Et tñ iſta: Dij ſunt: non ē vera: immo falſa: qꝛ illud ſubiectum dij in plurali conceptū includit cōtradictionē: qꝛ modus concipiēdi. ſ. pluralitas repugnat ei. qδ cōcipit: Et ita plurale hoc quaſi includit rationē in ſe falſam. Et quia de eo cuius ratio eſt in ſe falſa nihil ē verꝫ: ideo dicendo: dij ſunt/ē falſa propoſitio. Alio aūt modo pōt ſumi nō ens p priuatiōe: ad modū infra declarandum de peccato: Modo ad propoſitum quando. Sco. dicit ꝙ non entis eſt aliqua ratio indifferēter intelligit de nō ente utroqꝫ mō ſūpto. Applicando tñ dicta eius quantuꝫ ſpectat ad preſens. Dico ꝙ cū peccatuꝫ ſit non ens. 2°. mō: ꝛ non primo: vt pꝫ: ipſius poterit aſſignari ſuū qd eſt: vt dicit hec veritas. patet. Quia pōt formari aliqua ratio diſtincta et explicita qua declaretur id ꝙ implicite ꝛ cōfuſe nomine peccati iportat: vt patebit.

2°. Veritas. Modo quo de ente negatiuo preſupponitur: qd ē: ſic de eo: ſuū ſi ē pſupponere: nō eſt incōueniens. Ad cuius declarōeꝫ: nota ſm Ariſto. 2°. poſte. ꝙ cognitio ſi ē pcedit nāliter cognitiōeꝫ qd ē. Que qdē cognitio ſi ē: nō itelligit de actuali exiſtentia. pꝫ qa aliter demōſtratio cuiꝰ mediū ē diffinitio nō poſſet hri δ nō exiſtēte. cuiꝰ oppoſitū vult idem. Ariſto. p°. poſte. Intelligit ergo ſi ē ſm Sco. 4°. di. p°. q. 2. ar. 2. de ente. cui nō repugnat eſſe exiſtere. i. eſſe in effectu. Et licet entia quibus nō repugnat exiſtētia ſint

ſola Entia poſitiua : Cuiuſmodi
nõ eſt peccatũ vt dicetur: Tamen
modo quo tale Ens hʒ ſuum qd.
Jta ſuũ: Si ẽ: põt aſſignari: ꝓbat.
Quia in eſſentialiter oꝛdinatis ſi
eſt aſſignare poſterius: ẽ aſſigna-
re pꝛius: vt patet ꝑ Sco. pº. di. 2.
q. 1. ar. 1. quaſi in pꝛicipio. Sʒ Co-
gnitio. Si ẽ. Et qd eſt: ſunt oꝛdi-
nata eſſentialiter in genere cogni
tiõis. vt patet ergo vbi eſt dare
2ºʒ. neceſſario datur pꝛima. Et
ſic intentũ veritatis. 3ª veritas.
Ad Cognitionẽ ſi eſt: de peccato
oꝛiginali: põt Jntellectꝰ fide foꝛ
matꝰ ꝑuenire. ꝓbat. Licet. n. nãli
ter ꝓbari nõ poſſit tãq̃ a pꝛioꝛi ꝙ
ĩ natura humana neceſſario ſit ta
lis oꝛiginalis macula: quia hoc ẽ
Jmpoſſibile: Cuʒ non ſint aliqua
media naturaliter cognita ad iſtõ
cõcludẽdũ immo oppoſitũ fides
ꝑdicat: vt infra patebit. Et ẽt ra-
tio inuit: qꝛ nãl'r diſcurrẽdo reſpe
ctũ. ſ. hñdo ad cãs Jnferioꝛes nũ
q̃ poſſemus cõcludere iſtã nãm:
Aliquẽ lapſuʒ a ſua perfectiõe ⁊
pꝛima inſtitutione paſſam fuiſſe:
Eadẽ tamẽ ratio lumine fidei ad
iuta ad hanc catholicã veritatem
perueniet: ꝙ vʒ natura humana
a ſtatu Jnſtitutiõis pꝛime ⁊ pfe-
ctionis: Caſuʒ ⁊ lapſuʒ ex pꝛeua
ricatione pꝛimoꝝ parentuʒ ſuſce-
pit. Quoꝝ demerito tot penalita
tes: ⁊ tentationes: Tota eadẽ na
tura ſuſtinet: Jta ꝙ ex penalitati-
bus: ⁊ Jmperfectiõibus: Ut pu
ta Jgnoꝛantia. Cõcupiſcentia in
oꝛdinata: ⁊ huiuſmodi: tãq̃ a po
ſterioꝛi ꝑ effectus. ſ. deuenimus ĩ
cognitionẽ alicuiꝰ culpe: cõſequẽ-
tis totã naturã humanã: Non ta-
men naturaliter: qꝛ nõ ſic inſtitu-
tã: Sʒ ex pꝛimoꝛũ parentũ pecca
to: tãq̃ ex cauſa demeritoꝛia: vt ẽt
melius in dicẽdis patebit: Et qꝛ
hoc nõ põt naturali lumine cõclu
di ꝙ. ſ. oĩs penalitas pro ſtatu vie
cõſequatur ad culpã oꝛiginalem:
Jta ꝙ ſi nõ fuiſſet culpa nulla fuiſ
ſet pena: Jdeo bene dicit hec ve-
ritas. ꝙ ratio Jnquiſitiua lumine
fidei adiuta hoc tandẽ cognoſcet:
Hanc aũt culpam (qua tot penali
tatibus ſubiacemus) voco pecca-
tum oꝛiginale: quo ad nos. lʒ Ac-
tuale quo ad pꝛimũ parentẽ: Ex
quibus oĩbus patere põt: quid in
telligendũ ſit ꝑ oꝛiginalis pecca
ti: Si ẽ: Cognitiõe: Quia. ſ. ꝓſup-
ponendũ eſt. anteq̃ ipſius qd ẽ:
declaretur: ab oꝛigine unũquodq̃
Jndiuiduũ humanuʒ: qd ex ſemi
nali rõne accipit eẽ q̃tum ẽ de ſe
maculã ⁊ culpã cõtrahere ĩ Aia
qua ⁊ ꝓmiſſis paſſiõibus ſubeſt:
et patrie celeſtis exul efficitur.

Hāc itaqꝫ culpam Theologi ſub
noie lapſus nature humane deno
minant: Ut pote In tali macula
ipſa natura nullo mō cōdita uel
creata: Patet ēt Alterum ex di/
ctis: de quo ſolet dubitari: Quare
.ſ. Iſta Culpa originaľ dicatur.
Hoc.n.ē: qa ab origine ſui eē: ab
vno quoqꝫ hoie de comuni lege
cōtrahiť. Unde Anſelm⁹. p°. Cur
deus hō: dicit. Originale qdē ab
origine denoiari dubiū nō eſt. Si
ergo originale peccatū nō ē niſi i
hoie: videť dici ab origine huma/
ne nature: eo ꝙ ab ipſa humane
nature origīe trahať. Quamuis
ſi qs dicat peccatū vocari origina
le: eo ꝙ ab illis deſcēdat in ſingu
los: a qbus hn̄t originez nāe: non
cōtradicā: hec ille. 4°. Ueritas ē
ꝙ Corruptio hec culpabilis na/
ture humane: de qua ē ſmo: nō in
eſt ei a primordio cōditiōis ſue:
⁊ Inſtitutiōis a deo: ſꝫ ex pecca
ti demerito. Hāc pbant theologi
multi: Marie Monarcha theo
logie: Alexāder de Ales i. 3°. par
te tractatu de icarnatiōe. q. 1. Et
ſanctus Bonauētura. 2°. di. 30. q.
1. ar. 1. Ugo quoqꝫ d̄ Caſtro nouo
ibidē. Ad cuius Intellectionem
notat ipē Alex. tres ſtatus huma
ne nature. Ut ēt hētur a magiſtro
in. 2°. di. 19. Primus quoꝝ ē nāe
humane a deo Condite: In quo
habuit hō poſſe peccare: ⁊ poſſe
nō peccare Et hec fuit prima ar
bitrij libertas: Et i eodē ſtatu ha
buit poſſe mori: ⁊ poſſe nō mori:
Et hec fuit prima humani corpo
ris imortalitas. Scd̄s ſtatus eſt
nature lapſe In quo hꝫ poſſe mo
ri: ⁊ nō poſſe non mori. Sicut ⁊
poſſe peccare: ⁊ nō poſſe nō pec
care: Qm̄ in hoc ſtatu ē moriēdi
⁊ peccandi neceſſitas. Tertius
ſtatus: ē nature beate. In quo ha
bebit poſſe nō mori: ⁊ non poſſe
mori: Sicut ⁊ poſſe nō peccare:
⁊ nō poſſe peccare: Qm̄ ad hūc
ſtatū ptinet moriēdi: ⁊ peccandi
impoſſibilitas. Sm̄ hoc ergo dicē
dum eſt: ꝙ ſicut nō eſt ponere cō/
ueniēs bonitati diuine ⁊ ſūme ꝙ
ꝯdiderit naturā in ſtatu neceſſita
tis peccādi: Ita nec i ſtatu neceſſi
taꝭ patiēdi Qm̄ ſicut ad Impoſſi
bilitatē peccandi: ſequiť Impoſſi
bilitas patiēdi in ſtatu. 3°. Ita ad
poſſibilitatē peccādi ⁊ nō peccā/
di. Poſſibilitas patiēdi ⁊ nō pa/
tiendi: Sicut fuit in ſtatu p°. Ita
in Statu moderno: Ad impoſſibi
litatē nō peccandi ſequiť Impoſ
ſibilitas nō moriēdi. Quare pa/
tet naturā hois eſſe lapſam. Hec
Alex. formaliter. Ex cuius ſentē
tia pꝫ qualiter natura hec hūana

non fuit inſtitura talibus ſubiecta paſſiõibus. Et hoc .qa nõ ꝯgruit bõitati diuine. Tũ quia deductio huius veritatis eſt ſatis generalis nec p eã ad humani lapſus notici am bene puenire poſſumus. Ideo ad meliorẽ ipſi⁹ declarationẽ: po no duas ſequẽtes veritates qbus pleni⁹ iſta materia dilucidabit.

5. Ueritas eſt natura huma na i ſtatu ſub quo cõdita fuit erat ordinata ad beatitudinẽ hoc pa tet ſaltẽ catholice ꝓcedẽdo. Non enim credo ꝙ naturaliter hoc pro bari poſſet vt colligit a . Sco. p°. q. i. ꝓlo. In ſolutione Argumẽti facti cõtra improbationẽ vie pho ruȝ. vbi vult. ꝙ potentia intellecti ua noſtra non eſt cognoſcibilis a nobis ꝓ ſtatu iſto ſub ratione pro pria ⁊ ſpali ſub qua ordinatur ad talem finem beatitudinis: Et ſub qua capax ẽ gratie cõſumate: Et ſub qua habet deum ꝓ obo pfectiſ ſimo. Sȝ ad talẽ cognitionẽ opor tet intellectum ſupnaturaliter ele uari puta lumine fidei: videatur ibi Scotus. Modo in noſtro ꝓ poſito. ꝓbatur veritas hec. ſuppo ſita fide p Magiſtrũ i 2o. di. i. di centẽ. Fecit deus creaturã ratiõa lem q̃ ſũmũ bonũ intelligẽt: intel ligendo amaret: ⁊ amãdo poſſi deret ⁊ poſſidẽdo frueret. Et in fra. Si querit inqt quare ſit creat⁹ homo vel Angelus breui ſermõe reſponderi poteſt pp bõitatẽ dei: vñ Aug. libro de Doc. chri. quia Bonus eſt Deus ſumus ⁊ in quã tũ ſumus boni ſumus. Et ſi queri tur. Ad quid creata ſit ratiõalis creatura. Reſpõdetur: ad laudã dum deũ ad ſeruiendũ ei : ad fru endũ eo: hec Magi. Quaſi uelit ponere duplicẽ cãȝ creationis ho minis: vnã efficiẽtẽ puta bonitatẽ dei: aliã finalẽ. vt. s. fruamur eo.

6. Ueritas eſt. ꝙ nullus ꝓpa gatus ex ſtirpe Adã p rationẽ ſe minaleȝ admittitur ad celeſtẽ pa triã niſi mundatus ſorde vel rena tus ſacro baptiſmo. patet ſñia ſal uatoris. Jo. 3°. Niſi qs renatus fuerit ex Aqua: ⁊ ſpũ ſctõ nõ põt introire in regnũ dei. Et. Aug. de fi. ad pe. 20. c. 27. ait firmiſſime te ne ⁊ nullaten⁹ dubites: exceptis illis q ꝓ chriſti noĩe baptizãt ſuo ſanguine nullũ hõinem acceptu rum vitã eternã q nõ hic a malis ſuis fuĩt p pñiam fideq̃ȝ conuer ſus. Paruulis uero q nec ꝓpria uoluntate credere nec penitẽtiaȝ ꝓ peccato. qđ originaliter trahũt agere poſſũt ſacramentũ fidei ⁊ penitẽtie. qđ eſt ſanctũ baptiſma q̃ȝ diu rationis etas eorũ capax eſſe nõ põt ſufficere ad ſalutẽ. hec

ibi. Cõfirmaſ p .ſco.2.di.33.q.i.
ſʒ de hoc melius in pũcto vltimo
hui⁹ articuli diceſ. His itaqʒ dua
bus precedẽtibus veritatibus p̃-
miſſis:nunc ſpãliter ⁊ clare ꝓbaſ
veritas illa.4ᵃ.Sicut fuit ꝓpoſi-
tũ Sic Arguẽdo, Nulluſ repelliſ
a fine ad queʒ ex diuina bonitate
cõditus eſt niſi in ipſo ſit aliquod
repugnans tali fini:patet : Quia
aliter ſequereſ fruſtratio Cõdito-
ris ordinantis .ſ. aliqd ad aliud
immo ad ſe ⁊ tñ repellentis Qδ
nõ ponereſ de artifice quocũqʒ vi
liſſimo : dummõ ratiõabiliter agẽ
te. Cũ gᵒ. homo ſit cõdituſ ad bea
titudinẽ vt patet veritate quinta:
et ipõ remanente in ſtatu :in quo
gñaſ nullo alio ſup addito repel-
laſ a tali btitudine:vt patet ſexta
veritate. ergo oportet in ipõ pone
re aliqδ repugnans tali btitudini
Id aũt ſolũ eſt culpa ⁊ Macula
vt patet Apoc.2j. Nihil coinqui
natũ intrabit in illud:Et p.Sco.
4.di.14.gᵒ. in homie eſt culpa ⁊
deformitas quedã qua fit inhabi
lis pro fine cõſequendo. Quero
itaqʒ an talis deformitas inſit ei
a primo ſtatu ſue cõditionis:ſi nõ
hẽtur intentum : ꝙ.ſ.talis corru-
ptio nõ inſit humãe nãe a ſua pri
ma inſtitutione:ſi ſic cõtra. Nihil
debet poni in vniuerſo quod repu
gnet diuine pfectioni:Et maxime
reſpectu nobiliſſime ſpeciei qua-
lis ẽ ſpecies humana:ſʒ illa poſi-
tio de natura iſta inſtituta cuʒ his
corruptionibus repugnat diuine
pfectioni:probatur: A ſũma boni
tate nihil debet egredi qδ ſit ma
gis inclinatum ad malitiaʒ q̃ʒ ad
bonitatem : Natura aũt humana
vt nũc eſt:eſt magis inclinata ad
malitiã quia Gñ.8.Senſus hoĩs
⁊ cogitatio prona ſunt ad maluʒ.
gᵒ.nõ eſt cõueniens: ꝙ ita cõdita
fuerit. Cõfirmaſ. Sũma cõcordia
ſiue ſumma pax qualis eſt boni-
tas diuina non debet eſſe cauſa di
ſcordie vel rebellionis:ſed huma
na natura ꝑ ſtatu iſto eſt in rebel-
lione ⁊ diſcordia ſm Apoſto.ad.
20.7.dicẽtẽ. Video aliam legẽ in · Ro. 7.
membris meis repugnanteʒ legi
mentis mee ⁊ captiuantẽ me in
lege peccati vbi loquitur de lege
fomitis ⁊ inclinationis ad maluʒ
⁊ rebellionis ad bonum:Que in
clinatio ad malum repugnabat le
gi mẽtis ideſt legi naturali impreſ-
ſe in mẽte. Ideo loquendo de tali
inclinatione ſupradixerat. Scio
ꝙ nõ habitat in me:hoc eſt in car
ne mea bonum .i. Inclinatio ad
bonum : Immo magis inclinatio
ad malum: Et tamen naturale di
ctamen dirigebat ad bonum.ergo.

rebellio ⁊ pugna cuius nõ eſt di-
cendũ tantã bonitatẽ eſſe cauſaʒ.
Cõfirmatur quoqꝫ ſic: poſitiue diſ
currendo. Quis credere poſſit ꝙ
humana iſta natura paulominus
ab Angelis minorata cũ talibus
cõdita ſit vulneribus: vt puta cum
tanta ignorãtia in itellectu: cũ ma
litia in volũtate ⁊ in firmitate ad
bene agendũ: cũ impotẽtia in ira
ſcibili in qua debebat fortitudo in
eſſe ad huiuſmodi oppoſita: cũ cõ
cupiſcentia inordinata: puta pni
tate ad mala deſideria in ipſa vi
cõcupiſcibili: Que i tantũ his vul-
neribus eſt oppreſſa: ꝙ ẽt vas ele
ctionis vbi ſupra clamare cogaꝶ.
Infelix ego homo. Quis me libe
rabit de corpore mortis hui⁹ vbi vo
cat ſe infelicẽ pp tot Corruptiões
maxime illas quas ãnumerauit:
vt pp dñium tirãni vel fomitꝭ: quo
nõ poterat pficere bonũ ex repu-
gnantia ſenſualitatis qđ tñ vole-
bat ꝭꝫ rõnem: Et ideo dicit: Non
eniʒ qđ volo bonũ hoc facio ſʒ qđ
nolo malũ hoc ago. hãc ẽt rebel-
lionẽ carnis ad ſpũʒ expreſſit idẽ
Apoſtolus ad galla. 5. dicẽs caro
cõcupiſcit aduerſus ſpũm: ⁊ ſpũs
aduerſus carnẽ: hec. n. ſibi inuicẽ
aduerſanꝶ. Ubi exprimit cõtinuã
pugnã viriũ iferiorũ cũ ſupiorib⁹.
Quare cõcludẽdũ eſt ſaltẽ ex pre
miſſis fide cognitis: ꝙ talis lãgor
vel tirãn⁹ nõ ſit in nã humana: vt
ſic a deo glorioſo cõdita: Ne tãte
ſapiẽtie vel bonitati derogare ve
limus: ſʒ ſuperuenerũt corrupti-
bilia hec tanqꝫ ſtipendia peccati.
Cõfirmanꝶ predicta a Magiſ.
2. di. 32. dicente. Nõ eſt talis aĩa
qualis a deo creaꝶ: creaꝶ. n. a deo
innocẽs ⁊ ſine vitio. ⁊ bonitatẽ ſi
ne corruptiõe Deus indidit. hoc
Idẽ d̃r. di. 35. vbi ponit ſimilitudĩ
neʒ illius q incidit i latrões, Simi
liter Anſelmus. p. cur deus hõ. c.
9. Idẽ dicit ſuadens diſcipl'o Ra
tionalẽ nãm iuſtã factã eſſe: Et in
fert. Nequaqꝫ exiſtimabiſ cõueni
re deo: vt creaturã quã fecit iuſtaʒ
ad beatitudinem miſerã eſſe ſine
culpa cogat. hominem auteʒ inui-
tum mori miſerũ ẽ. hec ille: Simi-
liter. li. 2. c. 1. dicit: Rationalẽ na-
turã a deo factam eſſe iuſtã: vt illo
fruendo beata eſſet dubitari non
debet. hec ille. Idẽ dicit. Aug. 2.
de fide ad pe. in. c. 22. Firmiſſime
tene primos homines. i. Adam
⁊ mulierem eius bonos creatos
⁊ ſine peccato: creatos cum bono
arbitrio quo poſſent ſi vellent hu
mili ⁊ bona voluntate deo ſerui-
re atqꝫ obedire: Quo arbitrio ẽt
poſſent ſi vellent propria volunta
te peccare: eoſqꝫ non neceſſitate

ſed propria voluntate peccaſſe: illoq; peccato ſic i deterius immutatã naturã: vt non ſolum in ipſis hõibus per peccatũ mors obtineret regnum: ſed ẽt in omnes homines tranſiret peccati mortiſq; dominium. hec ille: iſtam concluſionem optime pertractat idem Aug. 14. de ciui. dei quaſi per totuz. Unde in. 12. c. dicit. Neq; .n. quicq; mali deus in illo tante felicitatis paradiſo crearet: atq; plãtaret: ꝛ in. 21. c. dicit. Poſt peccatum hec libido exorta ẽ: poſt peccatum eam natura ammiſſa poteſtate: cui corpus ex omni parte ſeruiebat ſenſit attendit: erubuit operuit. Et tandem concludit: ꝙ homo in ſtatu innocẽtie vixiſſet ſecundũ deũ ꝛ corpore ꝛ ſpiritu: ꝛ fuiſſet liber a paſſiõibus ad malũ inclinantibus ꝛ a bono retrahentibus: Ex qb'õibus iã dictis. pz. 4ª. veritas probanda. Et patet. etiam: quid per peccati originalis: Si ẽ: itelligi debeat: Et qualiter per ipſum originale: ꝛ ſuas ſequelas in cognitionem lapſus humane nature bene inſtitute fide preuia deuenimus.

7ª. Ueritas. Peccatũ ſumptuz pro actu ſubſtrato eſt quid poſitiuum: ꝛ ſic quid bonũ. Pro quo nota. Quia generalia p̃cedũt ſpetialia. pº. phiſicorum. Ideo ante ꝙ. quid eſt. peccati originalis exponã: aliqua generalia de peccato p̃mitto. Nota ẽt quãtũ ſpectat ad p̃ns ꝙ peccatũ põt dupliciter ꝯſiderari. ſ. ꝑ actu ſubſtrato deformitati. puta mãliter. qḋ idẽ ẽ: Et põt capi ꝑ ipſa deformitate ꝛ carẽtia tãq; ipſius peccati formalitate. Capiẽdo igit̃ peccatũ primo mõ. veritas p̃miſſa. pz. ꝛ primo ꝙ ſit qd poſitiuũ: qꝛ peccatũ ſumptum ꝑ actu: aut ſit actus ſimpliciter elicitus: aut ſit imperatus cum vterq; poſſit affirmatiue ſignari: ita ꝙ ipſo demõſtrato: verũ eſt dicere. hoc eſt aliquid: erit qd poſitiuum. pz. Quia non videtur aliud reperiri ad eſſe poſitiui ꝙ illud. Et ẽt ꝙ ſit qd bonũ. pz. per Magiſ. 2. di. 38. Ubi probat: ꝙ omnis actus in quãtũ talis bon' eſt: Et ſi dicat̃, ergo ſequeret̃: ꝙ homicidiũ adulteriũ ꝛ huiuſmodi eſſent bona: Rñdet Magiſ. ꝙ homicidij ꝛ adulterij actus: ꝑ vt actus ſũt boni ſũt: lꝫ ſi talia ꝯſiderant̃ vt vitia ſũt mala ſint. Unde ꝛ Aug. i Enchiri. 17ª. Omniſ nã ẽt ſi vitioſa ſit: i quãtũ nã ẽ bona: in quãtũ vitioſa ẽ mala ẽ, hec ibi. Infra ẽt meli' patebit hec vitas.

8ª. Ueritas. Peccatũ ſũptuz ꝑ

deformitate nō eſt qd poſitiuū pz per Magiſtrum. vbi probat ꝙ malum nihil eſt qa priuatio boni Et cū peccatū ſit malū .gº. ēt peccatum nihil eſt. Pz ēt iſta veritas rōne: Quia ſi peccatū ſic ſumptū eēt ens poſitiuū: oporteret aſſignare in quo pdicamēto reponeretur. cū eſſet ens limitatum: Et nec eſſet materia prima nec forma pura. Cum ergo ex diuiſione Entis nō ſit ſubſtātia nec quantitas nec alterū decē predicamētoꝝ ergo nō eſt ponēdū ꝙ ſit de genere entiū poſitiuoꝝ iſtum modum ſꝫ Sco. ad probādū ꝙ intellectio ⁊ volitio nō ſunt ſubſtātie: nec relationes: nec vbi: nec paſſio. ⁊c. ſꝫ in genere qualitatis vide ipſū in pº. di. 3. Patet ēt veritas iſta Si attēdat̄ qd nomine deformitatis intelligi debeat. Nā deformitas dicit in peccato carentiā circūſtantie debite in eſſe ſm dictamen recte rationis ſaltē loquendo de peccato actuali vnde ſicut in naturalibus aial eſt deforme qñ caret mēbro cōuenienti aut ſꝫ mēbrum indecēs: Ita i moralibus ſi actui deficit Circūſtantia reqſita vel aliqua indecenter applicatur: in tali actu eſt ratio deformitatis. ergo ſicut deformitas in naturalibus dicit carentiā ⁊ priuationē: Sic erit i moralibus: quare peccatum in ſua formalitate cōſideratū dicet quandā Negationē: Qđ cōfirmat. Scotus. di. 35. 2. dicens ꝙ ille actus poſitiu⁹ volēdi creaturā nō eſt formaliter peccatū: ſꝫ carētia debiti ordinis in actu illo: in quo illa debuit amari pp ſūmū bonū: a quo ordine volūtas deficit qeſcēs in bono creato. et iſte defectuſ eſt formaliter peccatū: vt ēt patet p Aug. 12. de ciui. dei. c. 8. Cōfirmātur hec oīa pulcherrime ab Anſel. in de caſu dia. Et in de cōcep. Virginali. plurib⁹ capitul. Et maxime. 5. c. vbi probat: nullā actionem p ſe iniuſtā dici niſi pp iniuſtā voluntatē. Et in. c. 6. dicit ꝙ talis iniuſticia q̄ peccatū facit nihil eſt. Sicut cecitaſ q̄ nihil aliđ ē niſi abſētia viſus: vbi debet ēe: Et ꝙ peccatū qđ iniuſtitiam dicit nō ſit aliqđ poſitiuū pbat ibi ordinate dicēs. Nō. n. iniuſtitia eſt talis res qua inficiat̄ ⁊ corrūpat̄ aīa velut corpus veneno. Et q̄ faciat aliqd Sicut videt̄ qñ malicio ſus homo mala facit opa: Nam quēadmodū: cū indomita fera ruptis vinculis diſcurrendo ſceuit: Et cū Nauiſ ſi gubernator dimiſſo gubernaculo dimittat eā vētis ⁊ motibus maris vagatur ⁊ inuehitur in quelibet picula dicimus:

qa hoc facit abſentia cathene aut
gubernaculi: Nō q abſentia eoꝝ
aliqd ſit aut qcq̄ faciat: ſed qn̄ ſi
adeſſet facerēt ne fera ſeuiret aut
Nauis piret: Ita cum malus bō
ſeuit ⁊ in quelibet aīe ſue picula
que ſunt mala opa pellit clama-
mus: qa hoc opat iniuſtitia: nō q
ipſa vlla eſſentia ſit aut faciat ali
quid: ſed qn̄ voluntas cui ſubditi
ſunt omnes volūtarij motus toti⁹
hominis abſente iuſtitia diuerſis
appetitibus impulſa: ſe ⁊ oīa ſi
bi ſubdita in multa mala leuis ⁊
effrenata ⁊ ſine rectore p̄cipitat:
Quod totū iuſtitia ſi adeſſet ꝓhi
beret ne fieret. Ex his. g°. facile
cognoſcitur: qa iniuſtitia nullā hʒ
eēntiā. h ille. Quaꝛ patet q pecca
tuʒ ſumptū ꝑ deformitate dicit ne
gationē: licet nō ſimpliciter: quia
aliter in quocūqʒ in quo non eſſet
rectitudo ineſſet peccatū qd non
eſt verū: vt patet de ligno ⁊ lapi-
de. Dicit. g°. peccatū negationem
iuſtitie cū debito habendi: ad qd
melius declarandū ponitur veri-
tas ſequens.

9 Ueritas: peccatum nihil
aliud eſt q̄ priuatio boni debiti:
Intelligendo de peccato formali
ter ſūpto. Que veritas ꝓbat ſm.
Sco. i. 2. di. 35. preſupponēdo ſm
eū. p°. q Agens inferius tenetur i
agēdo cōformare ſe agenti ſupio
ri. patet hoc ēt p Arꝫ. 3. d. aīa in
fine: vbi vult q naturali ordine in
feriora regunt a ſuperioribus ⁊ eis
ſubdunt qn̄ loqtur de appetitu ſe
ſitiuo vincēte intellectiuū. 2. pre-
ſupponit q ſi in poteſtate alicui⁹
eſt cōformare ſe agenti ſupiori ⁊
non cōformare: ſi nō conformat
qn̄ debet peccat. Patet: qa comit
tit inordinationeʒ naturalē quaʒ
peccatū moraliter loquēdo voca-
mus. Ex his ergo preſuppoſitis
ꝓbatur veritas ſm. Sco. ſic dedu-
cendo. Accipiat aliquis actus ali
cuius agentis liberi obligati con-
formare ſe ſupiori agēti: ⁊ nō cō-
formantis immo diſcordātis: Et
quero in quo formaliter conſiſtat
peccatū ipm: Nō in actu q fuit in
poteſtate diſcordātis: vt actus pʒ.
ex dictis ſupra veritate ſeptima.
⁊ ēt ex alio patet: qa ſi ille actus
fuiſſet cōformis ⁊ cōcors regule
ſupiori nō eēt peccatū. ergo preci-
ſa ratio peccati in illo actu eſt pri
uatio illius cōformitatis debite.
Confirmatur per eundem. Sco.
Quia omne peccatū ē in cōſciētia
formalit: Et tale peccatū ē talis i
iuſtitia: ⁊ p ꝯſequēs priuatio tal
iuſtitie. g°. peccatum formalr ē pri
uatio. Quod cōfirmat Anſel. ubi
ſupra di. iniuſtitia que eſt peccatū

nō eſt aliud q̄ȝ abſentia debiti bo-
ni ⁊ nulli eſſentie eſt aliud malaȝ
eſſe q̄ȝ deeſſe illi bonum quod de-
bet habere deeſſe ergo bonuȝ qđ
debet adeſſe non eſt aliquid eſſe.
hec ille. Idem habetur ab eodeȝ
de caſu diaboli.c.8.vſq; ad.12.c.
Concordat Auguſtinus Enchi.
14.c.di. Quid eſt autem aliud qđ
malum dicitur niſi priuatio boni:
Nam ſicut corporibus animaliū
nihil eſt aliud morbus ⁊ vulneri-
bus affici q̄ȝ ſanitate priuari neq;
id agitur: cum adhibetur curatio:
vt mala que inerant .i. morbi ac
vulnera recedāt hinc: ⁊ alibi ſint:
ſed vtiq; vt non ſint. Non enim
vlla ſubſtātia ſed carnalis ſubſtā-
tie vitium eſt vulnus aut morbus:
Cum enim caro ipſa ſit ſubſtātia
profecto aliquod bonum eſt. Cui
accidunt iſta mala.i. priuationes
eius boni quod dicitur ſanitas.
Itaq; ⁊ animorum quecunq; ſūt
vitia naturalium ſunt priuatiōes
bonorum: que cū ſanant non alio
transferuntur: ſed ea que ibi ine-
rant prius nuſq̄ȝ erunt quando in
illa ſanitate nō erunt. hec ille. ⁊
ſic patet intentum.

x.ª Veritas. licet peccatum ni-
hil ſit tamen puniri pro peccato:
eſt puniri pro aliquo: Que proba
tur ab Anſel. contra nimis alte in
ueſtigantes iudicia dei. De Con-
cep. Virgi.c.7.di. Quāuis pec-
catū nō ſit niſi abſentia iuſtitie vbi
debet eē: tñ deus nō punit p nihi
lo: ſȝ pꝑter aliquid. Puniēdo. n.
peccatorē debitū ſibi honorē quē
ſponte reddere noluit exigit: Et
ne qd ſit inordinatū i regno eius
eum ſeparatiȝ a iuſtis ordine cō
petēti diſponit. hec ille. Pro cla
riori aūt ſolutiōe tam huius veri-
tatis q̄ȝ verboꝝ Anſelmi oportet
recurrere ad aliqua ſua dicta ali-
bi: maxime ad librū per ipſum fa-
ctum de veritate. vbi in.c.12. de-
clarat qd ſit iuſtitia: ⁊ per conſe-
quens quid iniuſtitia: Et tandem
concludit voluntatē dupliciter in-
iuſtam effici. vȝ. Conſiderādo qd
velit ⁊ cur velit: Non eniȝ vt ipſe
dicit debet voluntas eſſe magis
recta volendo quod debet: q̄ȝ vo-
lendo propter quod debet. Quia
igitur omnis volūtas habet qd: ⁊
cur. Sicut fit iniuſta in primo ita
in ſecundo modo inordinato. Si-
militer oportȝ recurrere ad libꝝ
de Ca. Dia. Unde ibi in.c.16. po
nit pꝑter qđ aliqua perſona red
datur vituperabilis vel laudabi-
lis: ⁊ concludit ꝙ hr̄e vel debere
hr̄e iuſticiā mōſtrat naturalem di-
gnitatē: Et non hr̄e ⁊ debere hr̄e
facit pſonalē inhoneſtatē; debere

.n.factum eſt ab eo q dedit. Nō hr̄e factū eſt ab ipſo qui deſeruit. Ideo nāq3 debet:q2 accepit:ideo vero nō h3:q2 dereliqt:Et infert: ꝙ ipſa voluntas que nō h3 iuſti-tiā quā debet hr̄e:iudicanda ē in-iuſta:que ſi nō ſic eſſet iniuſta nō eſſet in illa qđ reprehēdi poſſet. hec ille. Et in pº.cur Deus hō.c. xj. Concludit ꝙ peccare non ſit aliud q̄3 nō reddere deo debitum: quod conſiſtit in ſubijci voluntati diuine in tātum ꝙ in hoc conſiſtit totus honor quem deo debemus: Et a nobis exigit deus: Et hec ē illa ſola iuſticia ſiue rectitudo voluntatis que iuſtos facit ſiue rectos corde. hec ibi. Ex quib⁹ ſuis dictis. p3. faciliter. ꝙ deus nō punit pro nihilo abſolute. licet puniat pro peccato quia cu3 hoc. qđ eſt in peccatore carentia boni ⁊ iuſtitie eſt etiam debitum habendi eam:ita ꝙ debuit quia accepit: Et ſi accepit conſeruare debuit: Et tamen non hebet quia voluntarie perdidit. Abſtulit ergo deo quod ſibi non reddidit ⁊ tamen debuit. ergo puniendus merito ē non pro illa ſimplici negatione: ſed pro carentia. Et tū̄ conſideratur in peccatore debitum reſpectu illius iuſtitie qua3 talis priuatio denotat: Unde ſi creaturas in quibus iuſtitia nō debet eē puniret deus ꝑ abſentia iuſtitie tūc ꝑ nihilo puniret:q2 nō eēt aliqđ in eis qđ ab illis exigat:q2.ſ. nō debitū. g°.cū i rōnali creatura: i qua nō ē iuſtitia ⁊ ē debitū habēdi ſit punitio nō fiet ꝑ nihilo ſolum:vt falſo ē aliquoꝝ imaginatio:immo ꝑ aliquo eo mō quo deductum ē: Et ſi queras ad qđ peccāti punitio a deo infligit̄. Cū peccator pp hoc đo nō ſoluat qđ abſtulit. ſ. honorē:ad qđ Rn̄det idē Anſel. pº. Cur de⁹ hō. c. 14. di. Qđ deū i poſſibile ē ꝑdere honorē ſuū: aut enī peccator ſpōte ſoluat qđ đbet ſubeundo pena3 quā meret̄: aut de⁹ eū inuitū ſibi torquēdu3 ſubijciat ſemp de⁹ dn̄3 ei⁹ ſe eſſe oñdit. Et iō ꝯſiderādū ē ꝙ ſicut hō peccando rapit qđ di ē:ita de⁹ puniēdo aufert qđ hoīs ē:nō ſolū .n. id aliˀ cuius eē dicit̄:qđ iam poſſidet:ſ3 qđ in eius potāte ē vt hēat. Cū̄ g°.homo ita factus ē vt btitudine3 hr̄e poſſet ſi nō peccaſſ3:cū ꝑpter peccatū btitudine ⁊ oī bono priuatur tāq3 de ſuo aliqđ inuitus ſoluit:q2 licet deus hoc ad vſum ſui comodi nō trāſferat qđ aufert:ſicut homo pecuniā quā alij aufert in ſuā ꝯuertit vtilitate3:hoc tū̄ qđ aufert vtit̄ ipſe deus ad ſuu3 honorē:Quia auferēdo hoc pecca-

torē ⁊ que illius ſūt ſibi ſubiectū eſſe ꝓbat. hec ibi: Et ſic pȝ. veritas vltima: immo omnes decem quare ⁊c.

Concluſio prima primi Articuli principalis declarans. qd ſit peccatum originale.

b His. g° pſuppoſitis ꝟitatibus tāq̄ꝫ fundamētis ꝓ noticia: qd nois: ipſiꝰ peccati originalis: Reſtat vt tandeꝫ talis priuatiui entis ratio exprimať: qđ ē principale huiꝰ pūcti. Dico itaqꝫ đ mēte Sco. i. 2° i ſolutione. 30. ⁊ 31. ⁊. 32. diſtinctionū: Et đ mēte. D. petri đ Can. or. mi. i ſuo de Cōcep. Virginali alias. D. Alex. pape qnti. Qđ peccatū origiale ē carētia iuſtitie originaľ debite: q̄ꝛ i p° parēte accepte: ⁊ ex ipſiꝰ crimine depdite: cui correſpōdet obligatio ad penā dāni: Que qdē diffinitio vľ ratio: qd nois: originaľ peccati. pȝ. ꝑ Anſel. de Cōcep. virginali. c. 27. di. Hoc peccatū qđ originale dico aliud intelligere nequeo in eiſdē infantibus: niſi ipſā factam ꝑ inobedientiam ade iuſticie debite nuditatē: ꝑ quā omnes filij ſūt ire. Pro clariori aūt noticia huius rōnis: declaro ſingulas partes generali ſaltē declaratio ne: q̄ꝛ pfecta declaratio eaꝝ depēdet ex his que ſupradicta ſunt: ⁊ que in ſequentibus dicētur: Dixi ergo p°. ꝙ peccatū originale. ē carentia vbi carētia ponitur loco generis tāq̄ꝫ magis comune illo qđ diffiniť: Et hoc large ſumēdo genus modo. s. quo priuatiua ſuum habent genus: Sed cum ſupradictum ſit. ꝙ peccatū formaliter: eſt quedam iniuſtitia. ergo ſicut peccatū eſt iniuſtitia ita tale peccatū talis eſt iniuſticia. ergo ſicut peccatum actuale dicit iniuſtitiam actualem qualis fuit in primo parente vt dicit Anſel. vbi ſupra. c. 21. ita peccatum originale dicit iniuſticiam originalem: Iniuſticia autem dicit carentiam iuſtitie debite vt dicit Ideꝫ Anſel. de. Caſ. Dia. c. 16. Et etiam ſupra. pȝ. veritate. ſ. nona. ergo bene dictū eſt ꝙ peccatum originale eſt carentia iuſtitie non vtcunqꝫ ſed originalis ſed nō ſimpliciter. Quia ſi nunc aliquis impuris naturalibꝰ ꝓduceretur: nō deſcendens ꝑ rationem ſeminalem ab ipſo Adaꝫ nō haberet Iuſtitiā originaleꝫ ⁊ tñ nō priuaretur ipſa. Et ſic non hēret originale peccatuꝫ: Et hoc nō niſi q̄ꝛ ipſe nō hēret debitū ſicut nos. Vnđ Sco. in. 3°. di. 4. vbi querit. quare xp̄s nō cōtraxit ori

ginale peccatū. Rn̄det ſicut ēt in
2°.vbi.ē. Et Anſe.vbi.ē.c.19.ꝙ
nō cōtraxit qꝛ nō fuit nālis filius
ade.i.ꝓpagatus ꝑ rōnez ſemina/
lem. Recte ergo in diffinitiōe ad
ditur. Debite. ſed quare debite:
Ideo ſubiungit: Quia in p°.parē/
te accepte: Ex hoc.n.quilibet ſic
ꝓpagatus carētiā huiꝰ iuſtitie hꝫ:
qꝛ qlibꝫ eſt debitoꝛ illius iuſtitie:
qđ debitū accepit in pꝛimo parē/
te:vt in.3°.ſequenti puncto dicet.
Sꝫ queres quare ſic ꝓpagatꝰ nō
accipit iuſtitiā illā: Ideo ſequit ⁊
ex ipſiꝰ crimine deꝑdite. qꝛ ſicut
dicet. Acceperat Adā iſtam iuſti
tiā ꝓ ſe ⁊ ꝓ oībus ſuis poſteris.ḡ
deꝑdendo:⁊ ꝓ ſe ⁊ ꝓ eiſdē poſte
ris ꝑdidit.vltimo autē ponit alia
differētia.cuꝫ dicit. Cui coꝛreſpō
det pena damni ꝓueniens tamē
ex tranſgreſſione pꝛemiſſa qđ po
nitur ad differētiā peccatorū moꝛ
talium vel venialiū: quia moꝛtali
vltra penaꝫ dāni que ē perpetua
carentia viſionis dei coꝛreſpōdet
pena ſenſus: Et veniali: nō coꝛ/
reſpōdet pena perpetua: Tamē
coꝛreſpondet aliqua pena tēpoꝛa
lis ſenſitiua tamē: qđ nō eſt i his
qui carent ſolū iuſtitia oꝛiginali:
⁊ gratia Baptiſmali vt infra di/
cetur: Hac declaratione ſic gene/
raliter poſita ipſius quid eſt pec/
cati oꝛiginalis: cuius clarioꝛ noti
cia habebit ſi pꝛecedentia ⁊ que
ſequunt recte cōſiderantur: pate/
re pōt veritas aliquaruꝫ pꝛopoſi
tionū negatiuaꝝ quas ponit Frā.
de Maro. Et. B. Pet. de Can
dia in.3°.in Iſta.q. Qn̄ repꝛobāt
opiniones male ſentientiū đ qui/
ditate peccati oꝛigialis. p°.quaꝝ
eſt ꝙ peccatū oꝛiginale non ē ali/
quis actus malus.pꝫ.quia nullū
actum hꝫ anima qn̄ ipſuꝫ contra/
ſʒ nõ pena.i.carẽtia diuinẽ eſſentie.beatifica ſaltẽ. qδ dico ꝑpter Moyſeʒ:q deũ vidit.nõ tñ beatifice: ⁊ ſic ṽgo glorioſa fuit liberata a culpa merito ꝑuiſe paſſiõis. Sʒ paſſiõe exhibita.fuit ſibi apta ianua:quã deus ſtatuerat.ꝙ nulli apiret:niſi ſoluto debito:ad quod obligabat tota nã hũana:ex quo pʒ.ꝙ non valet iſta cõſequentia: huic eſt clauſa ianua paradiſi. ğ iſte hʒ peccatũ originale:qꝛ ſctis patribus in limbo exiſtentibꝰ: ⁊ q erãt in gratia.ianua paradiſi erat clauſa: ⁊ tñ nõ erãt debitores alicuius.rõne cuiꝰ ibi detinerent: ſʒ ſolũ detinebãt decreto dei:quo ſtatuerat:nulli apire ianuã ꝗtũcũqʒ eẽt purus añ ſolutionẽ pene debite ꝑ peccato ade. Que qdem ſolutio fiẽda erat ꝑ paſſionẽ xp̃i:nõ ſolũ ꝑuiſaʒ ſʒ exhibitam: Ex his.ğ poteſt rñderi ad formã argumẽti: vbi dicit.xp̃s apperuit ianuaʒ oĩbus:Cõcedo.ğ virgini:cõcedo. ğ ſibi fuiſſet clauſa. cõcedo: ⁊ qñ infert.ğ habuit peccatuʒ originale. iſtud debet negari:qa deꝰ ex paſſiõe ꝑuiſa:voluit hoc ſibi conferre bñficium.ſ.liberare eã a peccato originali.ſʒ alteꝝ bñficiũ.ſ.aperire ianuaʒ noluit alicui ꝑſtare:niſi poſt exhibitã paſſionẽ:qꝛ ſm viã ſcotiſticã:paſſio xp̃i preuiſa credita: ⁊ ſperata ſuffecit ad remittẽdũ peccata nũꝗ̃ tñ apperuit ianuam paradiſi.niſi exhibita.qꝛ non niſi ſoluto ꝓcio dat premiũ.ergo.⁊c. Poſſet ẽt dici:ſicut dictũ ẽ de penis:ꝙ clauſio ianue nõ ſolum fuit pena pc̃i originał formałr:ſʒ ẽt in radice:nec apperiri potuit niſi ꝑ mortẽ xp̃i:vñ ex hoc nõ ſeqtur: ꝙ virgo bñdicta hũerit peccatum originale:ſicut pʒ.de ſanctis pr̃ibus detẽtis in limbo ⁊ iã purgatis a peccato originali.ğ.⁊c. Ex his ẽt poteſt facilr rñderi ad ſextã rõnẽ ſecũde vie:Nã cũ ꝑſeruatiõe a pctõ ſtat hãc bñdictiſſimã fuiſſe δ ꝑplo dei.Ad qδ nihil aliδ reqrit. niſi ꝙ idiguerit: ⁊ participauerit merito ipſiꝰ xp̃i: ⁊ ſalua facta ſit a peccato contrahẽdo ꝑ eiuſdẽ chriſti paſſionẽ: ⁊ cũ habuerit has cõditiões:vt ꝑ iã dicta.pʒ.ğ.⁊c:Similr põt rñderi ad rõnẽ ſeptimã. Si.n.virgini huic puriſſime in ſuã morte ñ fuit clauſa ianua celeſtis: qa iaʒ xp̃s illã apperuerat. ğ ſine dubio ĩ illud celũ itrauit. lʒ arguẽtis malitia ob fauſtũ voluerit colorare falſaʒ ſuã ꝓbationẽ:cũ multitudine verboꝝ:Eodẽ mõ dico ad rõnẽ nonã:qꝛ ex dictis.pʒ. ꝙ hec bñdictiſſima maius recepit bñficiũ.δ quo nõ fuit ingrata.Ad hãc tñ rõneʒ poſſet meliꝰ dici.ꝙ ſi eẽt

bona:p eā facili⁹ cōcluderetur .ꝙ Maria fuit i peccato mortali:qꝛ vt ſic hūiſſet occaſionem maioris laudis:qꝛ de maiori periculo libe rata. Tn̄ ad materiam argumēti ſui:dico.ꝙ maior ē gr̄a p̄ſeruatio, nis.ꝙ̄ ſubleuatiōis. reſpectu eiuſ dē peccati.vt pꝫ.p Sco .i.3.di.3. ⁊ i.4.di.22.⁊ ſic cū gr̄a p̄ſeruatio nis fuerit collata ꝟgini : nullo mō ē accuſanda de ingratitudie reſpe ctu tāti bn̄ficij.ğ ⁊c.ad auctītates q̄ certe nihil ad ſuū ꝓpoſitū cōclu dūt:rn̄debo i ſequēti ꝯbuſtiōe.

Faſciculus quartus ꝯgregat⁹ ex falſis dictis .xj.xij.⁊.xiij .argumē tis:ſecunde vie libelli.

Illud qđ derogat ſingulari cōceptiōi xp̄i nullo mō ē te nēdū:Sꝫ ꝟginē cōceptā ſine pctō origiali ē huiuſmōi.ğ.⁊c.ꝯſequē tia nota cū maiori.⁊ minor ꝓbat̃ p.xj.xij.xiij.rōnē ſcđe vie.ğ.⁊c.

Cōbuſtio quarta p quā ſoluūt̃. xj.xij.⁊.xiij.ratio ſecunde vie in uectiue.

Ad hoc:ꝙ ſibi magnaꝫ facit apparētiā. Rn̄deo cōcedē, do an̄s:⁊ cōſequētiā . negādo mi norē:ad ꝓbationē de puritate.qa ... equal̃ puritatꝭ cum.x̄ ... :Pro q° nota:ſꝫ meli⁹ ...:ꝙ̄ iſte paup deuotiōe.ꝙ puritas necīo dicit duo. Vnū ne, gatiuū.qꝛ excluſionē ſui cōtrarij: ⁊ aliud affirmatiuū.ſ.poſitionem poſitiui oppoſiti ꝯtrario excluſo: Ita ꝙ puritas nullo mō pōt cōſi ſtere i ſolo priuatiuo:qꝛ al̃r dicere mus lignū eē ſaniſſimū.cuꝫ nulla inficiat̃ iſirmitate:ſanitati ꝯria: ⁊ dicerem⁹ aerē albiſſimū:cū non admiſceat̃ cōtrario albedinis.qđ null⁹ ſane mētis cōcedit. A ſiꝫi i nr̄o ꝓpoſito.ſi puritas maior vel minor i aīa attēdit̃ ſolū per remo tionē a ſuo cōtrario.lapis eēt pu, rior aīa hui⁹ ipuri .ſꝫ veri⁹ ipuriſ, ſimi inoiati viri. Lapiſ.n.ē remo tiſſim⁹ a culpa:q̄ nec ē nec pōt eē i eo:⁊ aīa hui⁹ ē imūdiſſima. qa n̄ ſatiſfecit m̃titudini fideliū . apud quos tm̄ p̄ſtitit ſcādalū:cū publice detraxerit apl̃ico ordini: Oppor tet.ğ.ꝙ puritas hēat aliqđ poſi, tiuū.qđ connotet:⁊ reſpectu cui⁹ ſit maior vl̃ minor:Et ex hoc ap, paret qd dicēdū de puritate ꝟgis. An.ſ.ſit equalis puritati xp̄i:Ad quod dico.ꝙ loquēdo de puritate q̄tū ad ſuū negatiuū.nullū preiu diciū fit dignitati chriſti dicē ꝙ vir go bn̄dicta hūerit equalē mūditiā cū chriſto:qꝛ hoc nihil aliđ ſonat.

niſi ꝙ nec chriſtus:nec ỽgo Ma
ria hũit actu aliqđ pctũm.qđ oẽs
ſui deuoti hñt necio cõcedẽ. ⁊ li-
bẽter cõcedũt. Cũ quo tñ ſtat.ꝙ
fuerit maria inequalitas ꝙ̃tuꝫ ad
poſitiuũ cõnotatũ. Arguere mõ a
parte ad totũ ꝓuenit ex ignorãtia
vł paſſiõe.nõ.n.ꝯcederet ipẽ hãc
deductionẽ:Ad hoc ꝙ aliqs ſit ſi
mił aſino requiriẗ aĩalitas ⁊ rudi
bilitas. Jmprobꝰ iſte ẽ aĩal.ğ.eſt
aſinus:A ſiłi.ğ nõ ſequiẗ.ad hoc
ꝙ aliqs hẽat equalẽ cũ chriſto re-
quiriẗ imunitas a pctõ:⁊ plenitu
do gr̃e:imo gr̃a cõſumata.i.gr̃a ⁊
głia:ỽgo bñdicta hũit imunitateꝫ
ab oi pctõ.ğ hũit equalitatẽ cum
chriſti puritate.qr̃.pꝫ.ꝙ qa nũq̃
hec beata ỽgo ꝓuenit ad illã ſum
mã gratiã collatã chriſto:ꝙ̃tũcũq̃
fuerit imunis a pctõ:ſemꝑ rema-
net magna puritatꝭ inequalitas.
Qualr̃ autẽ differat gratia filij et
ꝙ̃tũ ad humanitatẽ ⁊ matris ali
quid dixi.ẽ.articło.2ᵒ.cõcluſione.
2ᵃ.ỽitate.qnta. Ex his patere põt.
qd dicẽdũ ad illa.q̃ amicus noſter
malitioſe finxit i ꝯriũ: Nã ex hoc
ꝙ ỽgo beata nõ ꝯxit origiale pec
catũ:i nłlo derogaẗ dignitati xp̃i:
vł eiꝰ puritati:aut ſingulari cõcep
tiõi.pꝫ.qꝛ nũq̃ cõceptio ỽgis põt
cõceptiõi filij ſui equiperari : cuiꝰ
maria fuit dignitas i ſue cõceptio

nis iſtãti hẽre ſũmã gratiã ⁊ glo
riaꝫ:Similr̃ ſi volumus poſſumꝰ
aliter dicere.ꝙ videlicet valde diſ
ferũt:cõceptio filij ⁊ matris:cum
ex mõ cõceptiõis chriſti:nullũ po
tuerit in eo eẽ peccatũ:ſicut ex mo
do cõceptiõis ỽginis:q̃ habuit ra
dicẽ ⁊ cãm peccati ꝯtrahẽdi:Sꝫ
ꝯ hoc arguit aduerſariꝰ.ꝙ iſtđ nõ
obſtat.qn conceptio ỽginis fuerit
ita pura.ſicut cõceptio xp̃i. Nam
vt dicit.poſſe peccare.nõ opponiẗ
puritati ſpũali:ſic̃ poſſe eẽ nigrũ:
nõ opponiẗ puritati albedinis. ğ
cũ puritas xp̃i:ſit excludẽs omnẽ
imũditiã:ſi virgo fuit pura per ta-
lẽ excluſionẽ:habuit equalẽ puri
tatẽ cũ chriſto dato ꝙ hũerit potẽ
tiã ad peccãdũ. Sed iſta obiectio
nłla eſt:imo ſi valeret ꝯcluderet.
ꝙ puritas Magdalene ſit equa
lis puritati ỽgis Marie : ⁊ xp̃i.
ꝓbaẗ a ſimili:habuiſſe.n.peccatũ
nõ opponitur puritati ſpirituali.
pꝫ.exẽplo ſuo.qꝛ habuiſſe nigre-
dinẽ:nõ opponiẗ puritati albedi-
nis. Jta.n.albedo:vt octo:exclu-
dit gradum omnem nigredinis.
que iam infuit in ligno ſicut exclu
dat alia albedo:vt octo:in alio li-
gno nunq̃ nigro : Et in caſu no-
ſtro.puritas exiſtẽs i anima mag
dalene. eſt ita excludens omnẽ
contrarium ſibi.ſicut puritas ani-

me virginis. patet. quia nihil op‑ponit huic puritati niſi culpa. vel reatus. ⁊ maxime p aduerſarium: quorum neutrū ē in aīa magdalene: q2 al'r nō eēt btā. Dicat.ḡ ad ob ſectionē illā. ꝙ rñſio deuotorum vgi nis ſtat ⁊ ↄcludit· multū.n.differt exceſſiua mūditia excludēs omnē culpā actualem:⁊ poſſibilitatē ad ipſam:⁊ munditia excludēs oēm culpā.nō tamē poſſibilitatem ad ipſam:q2 ſecūda nō ē ſic exceſſiua: Exēplū:volūtas chriſti in via fuit ipeccabil':ita ꝙ i primo iſtāti vnio nis cū deo fuit beata:⁊ ſic ſibi ab lata oīs peccabilitas ⁊ poſſibili‑tas ad peccādū.vt hꝫ videri i.12. di.3.ſententiarum:volūtas virginis Marie nunq̄ actu peccauit:⁊ tñ peccare potuit niſi ↄfirmata fuiſ‑ſet i gratia:vl' extinctus fomes:⁊ tñ nō ex hoc ſequit' oīmoda equa litas: quo ad pfectionē vl' purita tē harum volūtatū.vt pꝫ.oib' vela‑men paſſiōis a corde deponenti‑bus.ḡ nec mūditia prima exceſſi‑ua.ſ.q̄ ē chriſti.⁊ alia q̄ ē virginis nō ſunt oīo equales. lꝫ vtraqꝫ ex‑cludat actualē imūditiā. A ſimili poſſem cōfirmare aliā rñſionē de‑uotorum virginis.q̄ ē:ꝙ nō cōtrariſ ſe p nām:⁊ nō ↄtriſſe p gratiā.fa ciūt has puritates valde differre: Cū.n.nō ↄtraxiſſe p nām inferat cōceptū eē ex ſpiritu ſancto:⁊ nō cōtraxiſſe p gratiā inferat ↄceptū eē ex ſemine virili.nō cōtraxiſſe p nām:⁊ ñ ↄtriſſe p grām tm̄ differrēt q̄tū ↄceptū eē ex ſpū ſancto.⁊ cō ceptū eē ſemial'r.ḡ negare hāc ñ cōtractionē differre ab altera ē ne gare ↄceptionē ex ſpū ſctō differ‑re a cōceptiōe ſeminali:qđ ē he‑reticū:Quare caueāt oppoſitū di cētes.Soluāt.ḡ hec:⁊ ſimilia fal ſa argumēta cū his veris rñſiōib' ⁊ veritatibus premiſſis:q2 vt no‑taui in.2ª.veritate:in hoc ordina to pceſſu.nullo mō ad ſingula ar‑gumēta ſingulariter rñdēdum ē: Tñ de inequalitate pfectiōis vgi nis ⁊ chriſti dictū eſt ſatis ample octaua veritate p̄cedēti.ibi videa tur.Patet ḡ qd dicēdū tādem ad. xi.xii.⁊.xiii. Argumētū.Sil'r qd ad terciū eiuſdē vie:in quo appa renter obiicit de cōcipi ex virili ſe mine:qđ ſolui pōt p iam dicta.ſ. ⁊ aliqua dicenda infra.

Faſciculus qntus cōgregatus ex auctoritatib' ſancti Aug. q̄ vi dent' ſonare ↄriū opioni deuotorum vgis:cū ſua ſpirituali cōbuſtiōe.

n Unc ſine formali argumēto ſoluēde ſūt auctitates dedu cte in rōnibus vtriuſqꝫ vie. ⁊ maxi

me Auguſtini i libꝛis ꝺ baptiſmo
paruuloꝝ. ꝛ ꝯ pelagi. ꝛ ꝯtra iuli.
qꝛ in iſtis videt amicus ille multū
cōſidere. ꝛ credit. vel fingit ſe cre
deꝛe p huiuſmodi. erroꝛē ſuū pba
re. Pꝛo ſolutione. ḡ. baꝝ. ꝛ ſimi-
liū auctoꝛitatū: ſint memoꝛes q̄ ſo
cōdeuoti virginee puritatis. qd in
ſuperioꝛi. 3ᵃ. veritate declarauerī.
Ad illā. n. remitto quecūq; cupien
tē diſcernere in aliquo ſctōꝝ dicto
ſenſū veꝝ a ſenſu falſo. Quos ēt
exhoꝛtoꝛ. vt videant qd dicat Hie
ronymus ſup epl'a. ad Gala. ꝛ po
nit. a Grati. i. q. i. c. Marchion.
Nec putem⁹ ingt in verbis ſcri-
pturaꝝ eē euangeliū: ſ; in ſenſu.
nō in ſupfitie: ſ; in medulla. Nō
in ſermonū folijs: ſ; i radice rōis.
hec ibi. ꝛ glo. 4. iſtius capl'i dicit.
ꝙ hic ſumit argumentū. verba re
bus non res verbis deſeruire. ar.
38. di. c. ſedulo. Idē hētur in gloſa
tertia. c. paratus. 23. q. i. vbi dicit.
ꝙ nō debemus inherere verbis:
ſed potius mēti. qꝛ ſi ſolū verba in
tueamur. nequaq̄ xp̄us p̄ceptum
ſuū impleuit. q nō p̄buit pcutienti
alteram partē. vt dicit Aug. in eo
dem. c. paratus in pꝛincipio. ꝛ in
. c. humane. 22. q. 5. dī. ꝙ nō debet
aliqs cōſiderare verba: ſ; volunta
tem ꝛ intentionē. vt ēt hētur. ex-
tra de. ver. ſigni. c. pꝛeterea ꝛ. c.

Intelligentia. qr̄ ꝛc. Sciendū vl-
terius eſt. poſt hec notata a deuo
tiſſimis virginis. vnū; valde vtile
ad hoc ppoſitum. qꝺ ſctūs. ꝛ. B.
Bona. in. 2ᵒ. di. 33. ar. 2. q. i. ponit.
vnde poſtq̄ cōcluſit. ꝙ paruuli de
cedentes in ſolo oꝛiginali. nulla
pena ignis materialis puniūtur
cupiēs ſoluere auctoꝛitatē Aug.
que oppoſitum ſōat de. fi. ad pe.
vt. ā. in veritate. 3ᵃ. allegauit. tūc in
ſolutione pꝛimi argumenti pꝛinci
palis. doctoꝛ iſte infert. ꝙ Augu-
ſtinus valde abundāter expꝛimit
penā illoꝝ paruuloꝝ: plus dicens
ꝛ minus volens intelligi. nec ſi
ne cauſa loqtur ſic. hoc eni; facit
ad extirpandam illā hereſi;. que
dicebat paruulos nulla pena pu-
niri: Unde ſicut in moꝛibus docu-
mentum eſt. ꝙ qui vult ab vno ex
tremoꝝ puenire ad medium. qua
ſi debet declinare ad aliud extre-
mum. ſicut docet philoſophus.
Sic ēt beatus Auguſtinus. vt illā
hereſim extirparet. q̄ dicebat puu
los ab omni pena imunes ꝛ ad
medium reduceret. videlicet ad
penam carentie viſionis dei. ſim-
pliciter aſſeruit eos cū alijs pec-
catoꝛibus eternaliter damnari. h
ille. Loc⁹ aūt Ariſtotelis quē alle
gat ſctūs iſte. eſt ſecūd⁹ ethicoꝝ.
in fine. vbi idē Ariſtoteles. poſtq̄

cōcluſerat diſficultatē attigēdi ad
virtutē. ponit aliqua documēta. q
bꝰ ad illā hō puenire poterit. dicēs
Intēdere aūt oportet. ad q̄ ipſi fa
ciles mobiles ſumus. Alij enim
ad alia apti nati ſumus. hoc autē
erit notū ex delectatione ⁊ triſti-
tiā facta circa nos. in cōtrariū aūt
nos ipſos trahere oportet. Mul
tum eni abducentes. a pctō in me
diū veniemus. qd̓ tortuoſa ligno
rū dirigētes faciunt. hec ille. In q
bus verbis exprimit documētū ta
ctū a ſctō Bonauētura. cū exēplo
de illis q dirigūt ligna tortuoſa: ⁊
cū volunt ea dirigere. multum fle
ctunt ad ptē oppoſitā: ſicq̄ veni-
unt ad directionē. Ex his igitur
duobus nūc breuiter notati. ſ. q in
dictiſ doctoꝝ. ē valde atēdēda itē
tio eoꝝ. ⁊ q rōnabilr ſācti aliquo
tiens loquunt execrabiliter: facil
lime ſoluunt oēs ille auctoritates
Auguſtini ſi eius maxime priaria
intētio in illis locutionibus cōſide
ret. Idē eni Augu. primaria intē
tione hos edidit libros. ad euacu
andū falſas ⁊ pnitioſas opiniōes
hereticoꝝ. marie Iuliāi. ⁊ Pella
gij ⁊ ſibi adherentiū. male ⁊ peſ
ſime ſētiētiū de traſgreſſiōe Ade
cuius pctūm ſibi ſoli nocuiſſe aſſe
rebant. ⁊ ſic negabāt hāc carnis
rebellionē ex ipſius Adā demeri
to introductā i natura hūana. Im
mo dicebāt. q talis libido erat no
bis a nā inſita ⁊ p pñs. q nō ma-
la: ſz bona appellanda erat. Po-
nebāt quoq̄ q in paruulis nullū
originale pctūz ꝯhebatur. vt ēt re
citat Magiſter in. 2°. Similiter
q mors: quā neceſſario qlibet no-
ſtrū patitur nō fuerat introducta
ppter pctūz Ade. qr aut ipſe pec
caſſet: aut nō peccaſſet: oino. ⁊ ne
ceſſario oēs mortui eſſemus. La-
borat itaq̄ Auguſtinus. vt hos ⁊
ſimiles eneruet errores. Et ideo
in ſuis locutionibus: in qbus fien-
da erat aliqualis mentio de mor
te. vel fomite. vel cōtractione ori
ginalis peccati. vel ō redēptore ⁊
huiuſmodi valde generaliter pce
dit ꝯcludēdo oēs filios nālēſ ade
talibus paſſionibus ⁊ penalitati-
bus fore ſubiectos. ⁊ hoc demeri
to ipſius Ade: ita q in illis opu-
ſculis ſuis neminem excludit. niſi
xp̄m benedictū. q p corpulētā car
nē. ⁊ nō p rōnem ſpecialem eius fi-
lius factus eſt. Si eni reſpectu ali
cuius puri hōis a tali cōtractione
fuiſſet exceptio facta: occaſionē ex
hoc aduerſarij ſūpſiſſent. ēt alios
paruulos excipere quos falſo aſſe
rebant in ſuo ortu prio originalē
maculā minime ꝯhere. Fuit. ḡ. h
opportuna ⁊ ſingularis ratio. qr

taꝫ Auguſtinus q̃ꝫ multi alij loq̄n
tes de his q in Adã peccauerunt
general'r hoc de oibus indiuiduis
humanis cõcludũt . nec excludũt
virginẽ : ſꝫ ſolũ xp̃m.ne talis ex-
cluſio maledictis hereticis princi
piũ quodoã ꝑ ſuo errore cõcludẽ
do fuiſſet . Unde ⁊ de hoc.raros
antiquos doctores inuenimus ex
plicite tractaſſe.ſ. ꝙ aſſereñ volue
rint.hanc beatã virginẽ nõ ꝯxiſſe
originale. Nã tũc pullulabãt imo
vigebãt hẽtice iterp̃tatiões qbus
nulla erat occaſio preſtãda ruine.
Et ideo taꝫ doctores:q̃ꝫ theologi
fuerunt valde cauti . ſecundũ op-
portunitatẽ tẽpoꝝ:qñ aut cõceſſe
runt. aut oino aliquas negauerũt
locutiones. Aliqñ eniꝫ vim atten
dunt verboꝝ. Aliqñ intentionẽ lo
quẽtis.ita ꝙ aliqñ ſenſum primũ
aliqñ ſecundũ pſcrutanť.vt.pꝫ.in
ſtructis in theologia . Unum ad
hoc propoſitũ adduco exẽplũ. D.
⁊ ſãcti . Bona.in.3°.di.xj°.ar.2.q.
1. Ubi querit.an hec ſit ꝯcedẽda.
Xp̃us ẽ creatura.⁊ reſpondet . ꝙ
cõuniter predictus ſermo a docto
rib' nõ recipiť.Et rõ ẽ q2 talis ſ-
mo ẽ ꝓpinqu' errori Arrij q dice
bat.filiũ di eẽ creaťaꝫ.⁊ qm̃ ſmo
theologicus dꝫ eſſe catholicus, ⁊
vſitat':ab itellectu nõ diſſonus . ⁊
rei de qua loqť ꝯſonuſ :ꝓpterea ꝓ
dict' ſmo nõ recipiť niſi determi
neť.Et ſi arguať ꝯ hoc ꝑ ſctõꝝ
auctoritates ſcti Aug. Leõis. Ri
cardi.⁊ hui'modi.q̃ ibi ponunť .
Reſpõdet ad hoc ſctũs Bona.ꝙ
ſcti aliqñ exp̃ſſe loquũť ampli'q̃ꝫ
admittit cois vſuſ :ad aliqd expri
mẽdũ .⁊ tales ſmones nõ dꝫ ex-
tẽdi:ſꝫ magiſ ſũt exponẽdi.Et ſic
ẽ in pdicto ſmone cũ dicũt xp̃m eẽ
creaturã.qr hoc dicũt ſecundũ hu
manã nãm ⁊ vere loquũť. Nõ tñ
oportet ſmonẽ iſtũ trahi ad cõunẽ
vſũ.h ſctũs Bõa. Mõ qd clari'
ł familiari' in ꝓpoſito nro allega
ri poſſꝫ ad oñdẽdũ ṽba ſctõꝝ ñ ſic̃
ſonãt ſemꝑ debere intelligi.Simi
le qd habes ab eodẽ ſcõ :⁊ Dño
Bona.q.vltia.4.diſt. eiuſdẽ tẽrtij
rñpõdẽdo ad auctoritatẽ Dama.
i qua.idẽ. Dama.exprimit ṽginẽ
Mariã ñ eẽ gẽitricẽ xp̃i.qđ tñ he
reticũ ẽ diceř:hãc itaq; exponẽť ꝑ
fat' doctor diċ .ꝙ Dama .ñ negat
eã eẽ gẽitricẽ xp̃i abſolute:ſꝫ ma-
gis hoc fecit ne ꝯuẽiret cũ Neſto
rio heretico.q Mariã xp̃i gẽitri
cẽ.ñ di gẽitricẽ appellãdã cẽſebat
q̃i puꝝ hoiẽ gẽuiſſꝫ. Dam.igiť ve
r' doctor.⁊ ṽgis amator docꝫ nos
hoc effugere vocabulũ:ñ q2 falſũ.
ſꝫ q2 heretic' ille ſb illo ṽbo abſcõ
dbat venenũ.h Bõa. Silẽ expoſi
tiõẽ facit Sco.i.3°.diſ.4.q.i.Ecce

igiť qualiter ſctõꝝ locutiones nõ ſunt ſupfitialiter intelligẽde. ſed magis ad eoꝝ mentẽ. ⁊ tempoꝝ opportunitatẽ eſt recurendũ. Ali ter dicemus hunc famoſiſſimũ do ctorẽ. Jo. dama ⁊ ẽt multos alios ð hereſi eſſe ſuſpectos. qð nephã diſſimũ aſt credere. Sufficiat igiť nunc breuibus verbis declaraſſe: quõ rationabiliter Auguſtinus. ⁊ alij doctores antiq. de peccato ori ginali loquẽtes neinem. niſi ſolũ xp̃m ab huius cõtractione exclu dunt. ⁊ qr̃ pauci theologi. ⁊ do ctores ẽt ad beatiſſimã virginem affectionatiſſimi. ⁊ deuotiſſimi pa trum aut nihil in ſuis ſcripturis an tiqs de eius preſeruatione ab ori ginali mẽtionẽ faciunt. Qui tñ ſi pfundiuſ pſcrutenť: hoc implicite exprimunt cũ excellentie. ⁊ pre rogatiue ſingulares quas huic vir gini attribuũt ei vere ꝯpetere nõ poſſint. niſi ipſã ab oĩ pctõ imunẽ ĩtelligam᷒. Ex his ẽt. pꝫ. ꝙ falſo accuſanť deuotiſſimi virgis. q nũc ita audacter de eius inocẽtia ad populũ ſatis pſuaſiuis rõnibus ⁊ auctoritatibus: ⁊ figuris fidẽ ple nã faciunt. Cũ eni nũc. nõ ſolũ ſe date: ſꝫ ⁊ oĩo extirpate ſint huiuſ modi pelagiane hereſes: nullo ti more debẽt retrahi zelatores vir ginei honoris. ad publice ⁊ ex plicite docendũ ⁊ defendẽdũ. qð ſcti ſecreto tenuerũt: ⁊ iplicite in ſcriptis reliquerũt. Et q huic ſin gulari prerogatiue virginis mu᷒ fauorabiles ſe eſſe demõſtrant: ſi ue eos q hoc credunt ac docent ⁊ declarant: mordent lacerãt ⁊ calũ nianť Arri ⁊ pellagij ⁊ ſimiliuꝫ ſpũꝫ ⁊ temeritatẽ ſeq videť. qui ex ſcripturis veris: ſenſuꝫ falſũ: peſſi ma ſua interpretatione. vt plimũ trahere conabanť. Ipſe igiť ami cus noſter hoc videat. ipſe cogno ſcat. ipſe corrigat errorẽ ſuuꝫ: Sꝫ ſtatim obijciet idẽ amicus. ꝙ lꝫ p̃ ſens ſolutio ꝓ auctoritatibus Au guſtini in rõnibus illis ſuis addu ctis opportũa ſit. nõ tñ alias eiuſ dem Aug. ⁊ alioꝝ doctoꝝ aucto ritates expreſſe. ⁊ explicite cõclu dentes hanc virginem originale peccatũ ꝯtraxiſſe euacuat. Ideo ꝓ ſimilibus doctorũ dictis ſequẽs ordinetur cobuſtio.

Faſciculus ſextus. Cõgregatus ex auctoritatib᷒ tã doctoꝝ: qꝫ ſcõꝝ ſpiritualr̃ ꝟginẽ glioſaꝫ de pecca to originali accuſantium. cum ſua ſpirituali cõbuſtione.

a Vtecꝫ argumẽta tertie vie in vnũ colliganť. ⁊ igni ſup ponanť: pri᷒ ſoluende ſũt auctori

tates oēs. q̄ expreſſā faciunt men
tionem. ⁊ clare ꝓteſtant. ꝙ virgo
Maria ꝯxit pctūm origiale. Ad
has. ḡ. oēs quantūcunqȝ ſint ma-
gnoꝝ theologoꝝ: etiā ſi mille ⁊
millenarie eſſent. reſpondēdū eſt
ꝑ doctrinā Sco. in. 3. di. 3. q. 3. cuiꝰ
verba in ꝓprijs terminis ſūt iſta.
Quicūqȝ filius naturalis Ade. eſt
debitor iuſtitie originalis: ⁊ ex de
merito Ade caret ea. ⁊ ideo ois
talis hȝ vnde ꝯtrahat pctūm ori-
ginale quantū eſt ex ſe. Sed ſi ali
cui in primo inſtāti creationis a-
nime detur gratia: ille nō caret iu
ſtitia originali in ſe. vel in ſuo eq-
ualēte. ⁊ ſic non eſt debitor eius:
hoc tn̄ nō eſt ex ſe: ſȝ ex merito al-
terius. ḡ. quantum eſt ex ſe. qlibet
haberet pctūm originale. niſi aliꝰ
preueniret merendo. Et iſto mō
dicit iſte doctor exponēde ſūt oēs
auctoritates. ꝙ videlicet oēs pro-
pagati naturaliter ab Adam ſūt
peccatores: hoc ē. ex mō quo hn̄t
ab Adā naturā habent vnde ca-
reant iuſtitia debita. niſi eis aliun
de conferatur. ita ꝙ ex hoc. vult
oēs eſſe peccatores radicaliter. ⁊
ēt eſſent formaliter nihil alius ꝑ-
ueniret. Cū. ḡ. beata virgo fuerit
filia naturalis Ade. ⁊ ſic habue-
rit vnde cōtraheret pctūm origi-
nale. cōgruū ſatis fuit. ꝙ ēt ipſa in
ter peccātes in Adā ꝯputaretur.
Scti etenī. ⁊ doctores: qui de tali
peccati originalis cōtractione mē
tionē faciūt. reſpexerūt illō gene-
rale debitū hābēdi iuſtitiā origi-
nalē. ⁊ vniuerſalē priuationē il
lius: ⁊ cū ex his rōnibus cōpleat
pcti originalis ratio. cōſeqnter ꝯ
cludere habuerūt oēs eſſe pecca-
tores. qꝛ oēs in Adā peccauerūt.
qđ nihil aliud ſonat. niſi oēs nos.
⁊ debitū ad iuſtitiā originalē. ⁊ e-
ius priuationē accepiſſe in Adā.
vt patuit in prio articulo cōcluſio
ne ſecunda. ⁊ ſic ex ipſo hr̄e vnđ
peccatū originale ꝯhamus. Qui
cūqȝ itaqȝ ſunt filij naturales Ade.
habent vnde illud peccatū ꝯhāt.
Et ſic hn̄t tale peccatū radicali-
ter. ⁊ ſtante cōi lege hn̄t ⁊ forma
liter. Arguere tn̄ ex peccato origi
nali radicaliter habito. ꝙ ēt hēat
formaliter: n̄ valet argumentum.
immo eſt fallacia. ſecūdū nō cām
vt cauſa. Concipi enim ex ſemine
virili. nō eſt preciſa ⁊ naturalis
ratio peccati originalis. qꝛ regri
tur diuinū decretū nō mutatū: nec
ſuſpenſū. vt diffuſe in primo articu
lo. ⁊ 2° dictū ē. Mī. pȝ. ꝙ nō valet
iſtud argumentum. Hec pſona hȝ
pctūȝ radicaliter. ḡ. ēt formaliter.
qꝛ potuit deus diſpēſare cū iſta ꝑ
ſona. ⁊ ī prio inſtāti ſui eſſe: dare

ſibi tantā gratiā : quātā dedit aīe petri in Baptiſmo. p quā deletū eſt originale pctūm in eo: ꝛ qꝛ ſic pie. ꝛ deuote: ſ; nō min⁹ rōnabilr̄ credim⁹ factū aīe ỽgini: ideo ꝯfite/ mur eā a tali pctō imunē: Nec tñ ꝑpter hoc mordaciter. vt amicus nr̄ facit. dicimus doctores erraſſe ꝯcludēdo i ſuis locutionib⁹. ꝙ ipā hūit pctū; originale : ſ; eos expo nim⁹ ſm ꝯſiliū. D. ꝛ ſcti Bona. ꝛ dicim⁹. ꝙ ex hoc nihil aliud volue rūt. niſi. ꝙ ipſa fuit filia naturalis Ade. ꝛ habuit radicē pcti origia lis. Et ſi hō ille ꝑteruiēdo dicat. ꝙ multe doctoꝝ auctoritates ſo/ nāt. ỽginē Mariā habuiſſe priua tionē iuſtitie originalꝭ. ꝛ ſibi equa lētis gr̄e. ꝛ ſic pctūm origiale for maliter: Tunc recurrēdū eſt ꝓ re/ ſpōnſione ad illud qd̄ declaraui i 4ᵃ. ỽitate hui⁹ pūcti. Et ideo dicen dū. ꝙ cū ꝯcipi in pctō originali. ꝛ nō ꝯcipi i pctō origiali : ꝯ̄dicto rie opponāt. Et deuoti ỽgis tene ant ꝑte; negatiuā: neceſſario hñt negare ſuū ꝯ̄dictoriū. v; partē af/ firmatiuā. ꝛ ꝑ ꝯſequēs hñt nega re oēs doctores ſctōs. ꝛ nō ſctōs tenentes opinionē ſue oppinioni ꝯ̄dictoriā. vel oporteret eos ꝯcē dere ꝯ̄dictoria. qd̄ eſt ꝯ̄ fundamē tū Artii. ſupius allegatū. Poſſu; ḡ. ſine reprehēſione. ꝛ debeo cu;

deuotione: negare oēs Doctores allegatos ꝑ aduerſariū. dicentes implicite vel explicite hanc puriſ ſimā virginē eſſe ꝯceptā in pctō originali: Nec de hoc alicui debet eſſe admiratio. qꝛ cū ꝯ̄dictoria nl' lus ꝯcedere debeat ꝛ in materia opinabili. ſicut ē materia de ꝯce ptu virginali: tā doctores: ꝗ̄ ſācti frequēter poſuerint ꝯ̄dictoria: ad herendo vni opinioni : neceſſario alterā negare conamur. vt patuit ſup̄ d̄ ceſſatiōe legaliū. ꝛ de ſalua tione ſalomonis videatur quarta veritas iſtius puncti. Ad eā nāq; me remitto: eandē reſponſionē aſ ſigno dcis Gratiani. ꝛ gloſatoris imo ꝛ quorūcūq; gloſatoꝝ: i utro ꝗ ēt iure peritiſſimoꝝ: quoꝝ ſeten tijs non magis acqeſco: ꝗ̄ Theo logorū: nec magis eſt pctū;. hos vtriuſq; iuris Doctores negare: ꝗ̄ ipſos Theologos. p; . ꝑ qntā veritatē hic ē̄ expoſitā. S; qꝛ iue ctiuarū ꝯpoſitor. videt valde glo riari in multitudine doctoꝝ: quoꝝ nominibus ꝛ auctoritatibus iple/ uit folia. vt inuectiua ſua maioris eſſet apparentie. Dico ꝙ ſi bene attendant ꝯditiones. q̄ autēticā ꝛ catholicā reddunt ſcripturā: mł titudo theologoꝝ. paꝝ aut nihil fa ciet ad ſuā ꝯcluſionē. Multo eni plures Doctores: ta; theologos:

q̃ iuris pōtificij ⁊ Ciuilis pfeſſo-
res.p ſctā noſtra opinione allega
re poſſē:q̃ ipe i famoſo ſuo libello
allegauerit:q'ꝝ vita ⁊ doctria ita
hanc verā noſtrā cōcluſione:apud
quoſcūq; auctenticā atq; credibi-
lē reddet.ſicut iſtoꝝ ſcia ſuā tantū
opinabilē iā diu fecerat. Cū enim
vniuerſa fideliū eccleſia:excluſis
paucis.noſtre faueat vitati.vt ſuffi
cienter.in tertia cōcluſione ſecūdi
Articuli declaratū eſt:cuiuſ quāti
⁊ ſanctitatis ⁊ ſcientie fulgeāt de
coꝛe.teſtes ſunt ⁊ cōuētus religio
ſoꝛū.⁊ ſtudioꝝ vniuerſitates pate
re pōt:q̃ faciliter vel qngenti vel
multo pluref doctiſſimi Theologi
⁊ toridē ſctiſſimi viri poſſent inue
niri.q ð huiuſmodi veritate ſuo te
ſtimonio magnā xpianis fidē face
rent. Neq; illoꝝ antiquoꝛuz dicta
magiſ aliquē neceſſario ſibi adhe
rere debere cogerent:q̃ hoꝛum fi-
delium pie catholiceq; ſententie.
Omnes enim homines quātū ad
arbitrij libertatem pares ſunt. ⁊
ideo.cū aſſenſus ad arbitrij liber-
tatem ſpectet:cum nemo poſſit cre
dere niſi volens ſequitur. ꝙ oēs
homines ſunt pares : quantum
ad aſſenſum alicuius : non neceſ
ſario credēdi .g̃.non teneſ vnus
alij ſubijci i credēdo.pȝ.q2 in fið
captiuaſ itellect'credenti.⁊ null'
teneſ itellectū ſuuȝ captiuare niſi
deo.g̃ null' teneſ credere alteri.
niſi i his q̇ ptinēt ad fidē catholi
cā.Virginē aūt ꝯceptā i oꝛig nali
pctō.ñ ē de ptinētib' ad fidē ſane
itelligendo ad modū ſup̄ declara-
tū articulo.2°.⁊ ꝯcluſione.3°.⁊ vita
te.2°.⁊ iā ēt videbiſ i faſcicl'o ſeqn
ti.g̃.⁊ c.Ceſſet g̃ amic' noſter tot
diſcurrere loca.⁊ puicias:vt q ei'
adherēt opinioni inueſtiget: imo
diſcat ēt qetus in cella ſedēs.ꝙ ſic̄
in oibus fidelib'.ē cor vnū.⁊ aīa
vna de his q̇ ptinēt ad benedictiſ
ſimū Jeſū:ſic ⁊ de his q̇ ad eius
puriſſimā gēitricē. Et iō oēs vno
ꝯſenſu ⁊ voce i eccleſijs ꝯfitēſ. ꝙ
imacl'ata fuit ꝯceptio ei'dē.cātā-
tes.Tota pulchꝛa es amica nr̄a.
⁊ macl'a oꝛigialiſ clpe ñ ē i te.pȝ.
g̃. ꝙ i materia opinabili credere
⁊ dicere.ꝙ auctoꝝ multitudo de-
mōſtratiōē faciat:idē ē.ac ſi aliqs
aſſeret. neceſſariū eē hoies q ſūt
Rome ſedere vl' tacere.q2 oēs q
ſūt hic hoies ſedēt vel tacēt.g̃.⁊c.
Sȝ ne deceptus iſte iā doctoꝝ pa
liatione priuat' ad canonicas ſcri
pturas ſe trāſferat:ex illis falſo in
terp̄tāſ erroꝛē ſuū cōcludēdo:idō
ſeqnē foꝛmabo cōbuſtiōnē.in qua
clare demōſtrabiſ.ꝙ p cāonicoꝝ li
broꝝ Auctoꝛitateſ:adūſarij ſuſpe
cta opio.nullū ſuffragiū hēre pōt.

Faſciculus. 7. ꝯgregat᷒ ex Au
ctoritatib᷒ ſacre ſcripture. q̄ videt
ꝯtrarie opioni deuotoꝝ virgis: cū
ſua ſpirituali Combuſtiōe.

P Oſt veraꝫ ⁊ catholicā expo
ſitionē ad ſctōꝝ auctitates.
q̄ primo aſpectu. veritati deuotoꝝ
ꝟgis ꝯtrarie videbant̄ p iaꝫ dicta
ſufficiēter factā: Reſtat nūc oñde/
re. ꝙ ex null̄ ſcriptur̄ ſacre libris.
homo iſte ſuā falſam opinionē eli
cere poteſt. Ad qḋ declarandūꝫ:
notent queſo cōdeuoti virginis: q
in fide catholica canonici libri di
cantur. qḋ ſupra in. 4ͣ. veritate ſa/
tis diffuſe inuenient. Sint etiā me/
mores. ꝙ ad illa neceſſario credē
da tantū tenent̄: que in ſacra ſcri/
ptura explicite: aut iplicite cōtinē
tur. vel que per eccleſiā determi/
nata ⁊ decretata ſunt. vel q̄ in do/
ctrina apoſtoloꝝ nobis credenda
ſunt poſita: Ex quibus ſic notat̄.
Correlariū elicient tales conde/
uoti. ꝙ cū omniū illoꝝ que de con
ceptiōe virginis diſputant̄: pars
affirmatiua. ſ. ꝙ ipſa ſit cōcepta in
pctō originali nullo mō exprima/
tur explicite. vel implicite in ſcri/
ptura ſacra. nec ſit determinata.
nec decretata per eccl̄iam: nec in
doctrina apoſtolorum contineat̄:
ideo illi neceſſario adherere. nul/
lus tenet̄: Et ſi ſic. magnam certe
ꝓuinciā aſſumpſit aduerſari᷒. qui
ex ſacra ſcriptura errorē ſuū dedu
cere ꝓmiſit. Tunc. n. opporteret:
aut diuinā ſcripturā eſſe mēdacē:
aut ſi ꝑ ea veracē. infeliciſſimum
hūc. mēdaciſſimū. ⁊ ꝯteruū affir/
mare: quoꝝ vltimū ois ſane mētis
⁊ ꝟgis deuotus ꝯfitet̄. qr̄ cōcludi
pōt. ꝙ cuꝫ ex nullo ſacre ſcripture
dicto iplicite: vl̄ explicite vere eli/
ci poſſit. ꝟginē Beatā eē cōceptā
in pctō originali: facillima ſit via
ad euacuādū oēs illas auctitates
eiuſdē ſcripture a falſo iterpte ad
ductas pro colorando errore ſuo:
Nā ad illā. que ponūt̄ ad Ro. 3.
Oēs in adaꝫ peccauerūt. ⁊ ad ſi
miles. que ml̄te ſūt: ab illo ēt aſſi
gnate. Rñdet̄ pᵒ. ꝙ vt dixi. 5. ve/
ritate. 3. nō ē ita attēdēdus ſenſus
miſticus i ſcripturis canonicis. ꝙ
litteral̄ ⁊ primarius ꝯtēnat̄. ⁊ iō
dico. ꝙ ex ſenſu lr̄ali ⁊ intētionali
illi᷒ textus ſtatiꝫ ꝑallegata aucto
ritas ſoluit̄. Que aūt ſit primaria
itētio pauli i tota illa epiſtola ad
Romanos. declarat̄ in ꝓlogo añ
eādē epl̄aꝫ poſito. vbi ſic habet̄.
Romani ſūt q ex iudeis. ⁊ gētib᷒
crediderūt. hi ſupba contētiōe vo
lebāt ſe alterutrū ſupponē: Nā iu
dei dicebāt. Nos ſum᷒ ppl̄s dei:
quos ab initio dilexit ⁊ fouit: nos

circūciſi nos de egipto ꝟtutib⁹ liberati: nos ſoli digni fuim⁹ dei legē accipē: In qua lege nob̄ ꝓmiſſus ē xp̄s. Equū ne ꝗ eſt. vt idola hodie deſerētes: qb⁹ ab initio deſeruiſtis nob̄ ꝯparemini? Gentes e cōtrario rn̄debāt: Quāto maiora erga vos dei bn̄ficia narraueritis: tāto maioris vos crimis reos eē mōſtrabitꝭ: ſemp. n. his oib⁹ extitiſtis ingrati. Qd̄ ꝓbat ibi p longū ꝓceſſū. His ꝗ altercantib⁹ talr Apl̄us ſe medium iterponēs: ita partiū dirimit queſtiōes. vt neutꝝ eoꝝ ſua iuſtitia ſalutē meruiſſe cōfirmet: ambos vero populos grauiter deliquiſſe: Utroſqꝫ ēt ſilr veniā ꝯſecutos. ⁊ ſic equales eē veriſſima rōne demōſtrat: ꝓſertiꝫ cū in eadē lege ꝑdictū ſit. ⁊ iudeos. ⁊ gētes ad xp̄i fidē vocādos eſſe. Quāobrē viciſſim eos humilians ad pacē ⁊ concordiā eos hortaꝶ. hec ibi. Quare pꝫ. ꝙ litteralꝭ ſenſus auctoritatū pauli. ē neceſſitatē chriſti incarnatiōis. ⁊ proſelitꝭ. ⁊ iudeis oſ̄dere: ⁊ hoc. quia oēs haꝝ nationū peccauerūt in Adā: cōcludere aūt ex his verbis. ꝙ virgo Maria ſit de numero illorum olum. quos hic memorat paulus in Adam peccaſſe. ⁊ ꝙ nullo modo ex ſpetiali gr̄a a macula origiali ſit preſeruata. eſt potius voluntaria interpretatio: ꝙꝫ litteralis. aut rationalis. vt clare pꝫ. cuicunqꝫ bonū ſenſuꝫ illius ep̄le ꝯſiderāti. ꝗ ⁊c. Poſſet ſecūdo reſpōderi: modo quo dictū ē ad auctoritates q̄ ſpecialr exprimūt virginē cōceptā in peccato originali. Uide in principio faſciculi precedētis: vbi ēt exponiꝶ iſta auctoritas. oēs in Adam peccauerūt. Uel tercio dicaꝶ. ꝙ diſtributio ē duplex. ſ. Mobilis. ⁊ Accōmoda. ⁊ de prīa faciunt mentionē logici. de ſecunda Theologi. ⁊ diſtributio ſecunda ē ſecundū intellectū. nō ſecundū vocis expreſſionē. Exemplū: Deus vult omnes hoies ſaluos fieri: ibi eſt diſtributio accōmoda: nō mobilis. qꝛ non eſt veꝝ. ꝙ omnes ſalui fiant: nec hoc ſignificat iſta propoſitio. Sed iſte eſt ſenſus eius. ꝙ omnes hoies qui ſalui fiunt: ſaluātur per dei voluntatē. Sic in ꝓpoſito noſtro poſſum⁹ dicere. ꝙ oēs in Adā peccauerūt. hꝫ diſtributionē accōmodā. Significat enim: ꝙ quotquot peccato originali maculati ſunt: illud fuit ꝓpter peccatū Adā. ꝗ ſicut non ſequiꝶ deus vult oēs homines ſaluos fieri. ꝗ Thurcus ſaluabitur. vel Blaſphemus iſte. Ita n̄ valet: omnes peccauerunt in Adā. ꝗ virgo Maria peccauit in Adā: ab ipſo formalr pec

catū3 oꝛiginale trahendo. ſed ſo-
lum ſequitur. ꝙ habuit vñ ꝯtrahe
ret. niſi pꝛeuēta fuiſſ3. q̄ꝛ. ⁊c. Uel
dicat᷑ vltimo. ꝙ illud qḋ aduerſa-
rius accipit ꝑ regula infallibili. ē
falſu3. ſ. ꝙ qui dicit omne. nihil ex
cipit. ⁊ q dicit nullus. oia excipit.
Et qui dicit ſolus. omnia alia re-
mouet. Nam. Jere. 6. dicit᷑. Oēs
auaritie ſtudent. Et. 8. oēs auari
ciam ſectātur. ꝗ ⁊ ipe Jeremias.
⁊ ceteri coeui eius. Et tñ certū eſt
ꝙ nō: Jmmo ſuo tempoꝛe fuit rex
Joſias. q fuit ſanctiſſimus de quo
Eccleſiaſt. 49. fit memoꝛia. Sil'r
Marci. 9. dicit᷑ ꝙ omnia poſſibi-
lia ſunt credēti. Et. xj. c. oia q̄ oꝛā
tes petitis fiēt vobis. qḋ vtrūq3 re
ducit gloſa. ad ea tm̄ q̄ expediunt
ſaluti. ⁊ nō ad alia. Jtē Joānis.
12. Oia traham ad me ipſum. Et
Marci vltimo. Pꝛedicate euan
geliū oī creature. q̄ ſm̄ Gregoꝛiū
ad hoies tm̄ referūt᷑. Jtē pꝛime.
Coꝛinthioꝛum ſexto. Oia mihi li
cēt. tñ nō licebat ei armis milita-
re. Jtē de oīs ⁊ nullus ſimul. ha-
bet᷑ Jſaie p°. Omne caput langui
dū. ⁊ omne coꝛ merēs a plāta pe-
dis vſq3 ad verticē. nō ē i eo vlla.
ſanitas. i. nulla. ⁊ loqtur de pp'lo
iſrael. ⁊ tñ ibi erat Jſaias: ⁊ Eze
chias rex ſctiſſim⁹. ⁊ m'ti alij deo
grati. Jtē de ſolus dicit᷑ i pſalmo.
Tu ſolus laboꝛē ⁊ doloꝛē cōſide-
ras: cū tñ multi miſericoꝛdes hoc
ēt cōſiderēt. Jtē in pſalmo dicit᷑.
Exaltatū ē nomē ei⁹ ſolius. ⁊ tñ
v̄gis Bñdicte. ⁊ ſctōꝝ noia exal-
tant᷑. Quare p3. qual'r dicta: ꝑ re
gulis infallibilib⁹ ab aduerſario
aſſumpta: multociēs fallant. quod
erat ꝓbādū. Ad auctoꝛitatē xp̄i
bñdicti q venit ſaluum facē qḋ pe
rierat. Rñdeo ꝑmittēdo. ꝙ xp̄s i
via pñtis laboꝛis. nullā ſctōꝝ pa
trū in limbo exiſtētium aiaꝝ queſi
uit: tāq3 errātē in ſilua oꝛiginalis
macule. p3. qꝛ iā deletū erat oꝛigi
nale in eis. Aliter eni ibi nō quie
uiſſent. Bene tñ queſiuit animas
oiu3 iuſtoꝝ: tanq3 exules a celeſti
patria. q̄ nulli aperiēda erat: niſi
ſoluto debito: ad qḋ tota nā huma
na obligabat᷑. ⁊ queſiuit eas ſal-
uare: illud. ſ. ꝑ eis ſoluere cupien
do. in cui⁹ ſola pꝛeuiſiōe ab oꝛigi
nali mūdati erāt: Hoc āt fuit ſua
benedictiſſima paſſio: quam ſicut
pꝛo oībus nobis interioꝛi actu ab
inſtanti conceptionis eterno pa-
tri obtulerat: ita exterius exhibe-
re i ligno crucis cupiebat. Ex hoc
ergo faciliter patere poteſt: qual'r
bñdictus Jeſus venit ſaluā face-
re ſuā bñdictā matrē. Uenit. n. ꝑ
ei⁹ ſalute ſoluere paſſionē: p qua3
pꝛeuiſa3 ſolū ⁊ acceptatā in oꝛdi

ne ad hãc pſonã:tãq̃ȝ p cãm meri
toriã.deus ipſam preſeruauit ab
illa macula:quã nãliter ꝯtraxiſſȝ.
Et ẽt venit ⁊ queſiuit ſuã bñdictã
matrẽ a paradiſo exulẽ:nõ tñ pec
cato deturpatã:ſȝ cui ꝓpter diui
nũ ſtatutũ vna cũ alijs ẽt iuſtis ce
leſtis ianua claudebat̃ .ſic Adan
ſua trãſgreſſiõe demerẽte . Unde
ſicut nõ valet. Chriſtus venit ſal
uas facere aĩas exiſtẽtes ĩ limbo.
g̊ ille habebãt pctũȝ origiale:Sic
nec de v̾gie gl̾ioſa. Sȝ dices.ꝙ ſal
tẽ valet ſic inferẽdo.g̊ ille hẽbãt.
vel habuerũt pctũȝ originale.g̊ a
ſi'l'i de v̾gie Maria debet valere.
ꝙ hẽbat.vl' hũit ipſũ pctũȝ origia
le. Rñdeo.ꝙ hoc ẽ ꝓ me. qꝛ ſicut
ꝯcedit̃ chriſtũ veniſſe ad querẽdũ
⁊ ſaluãdũ aĩas ſc̃toꝝ patrũ:ĩ quã
tũ.ſ.venerat ſoluere debitũ nẽ hu
mane.p pctũȝ Ade cõtractũ:ſol
uere dico mediante oblatione ſue
bñdictiſſime paſſiõis . in cuius tñ
v̾tute erat ĩ ipſis iã origiale dele
tũ:Ita ꝯcedi debet.veniſſe ad ſal
uãdũ aĩaȝ v̾gis : in quãtũ.ſ.vene
rat ſoluere preciũ eiuſdẽ paſſiõis.
in cui⁹ ꝑuiſiõe ſola.placuit eterno
pr̃i.ipſaȝ libare ⁊ p̃ſuare a macu
la origiali:Ita ꝙ iſtud veniſſe xp̃i
ad ſaluãdũ aĩaȝ Mr̃ẽ v̾gi.nõ dicit
niſi quãdã ſolutionẽ l' exhibitionẽ
illi⁹ magni obſequij:ſiue ſacrificij

a deo ꝑuiſi:ĩ tñq̃ȝ ſibi grati ⁊ ac
cepti.ꝙ in ſola ſpe ( vt ad noſtruȝ
modũ itelligẽdi loquar)voluit ip̃e
benign⁹ de⁹.ipſi v̾gini oĩmodam
ĩmunitatẽ ⁊ p̃ſeruationem . alijs
autem ſufficientẽ deletionẽ origi
ginal' pc̃i largiri.q̃ ⁊c. Eodem
mõ dicit̃ ad illud.ꝙ xp̃s fuit medi
cus beate v̾gis ⁊ alioꝝ:Nam ita
fuit medicus alioꝝ p̃cedẽtiũ ſuaȝ
icarnationẽ.ꝙ ex illa medicina ex
cellẽtiſſima ꝑuiſa ſolũ.ſunt a pctõ
ꝯtracto liberati. Sic p eãdẽ medi
cinã ꝑuiſaȝ.fuit v̾go bñdicta p̃ſer
uata a pctõ ꝯtrahẽdo. g̊ ſicut nũc
venerat actual'r exhibere medici
nã:ſine qua ordinate loquẽdo.nõ
fuiſſȝ ipſis pr̃ib⁹ ſalus ab origiali
ꝯtracto:cũ quodãmõ ſub ſpe iſti⁹
exhibitionis fuerint liberati a tali
pctõ. A ſi'l'i dicat̃ de v̾gie bñdcã .
ꝓportiõabil'r applicãdo de pctõ
ꝯtrahẽdo. Propter aũt has au
ctoritates ſane exponẽdas bonũ
ẽ vti.vt rẽ meli⁹ itelligam⁹.termi
nis ẽt deo ñ ꝯpetẽtib⁹ ponẽdo.ſ.
ꝙ ipſe benign⁹ deus ſe hũerit ad
modũ creati pricipis. q ſub expe
ctatiõe alicui⁹ obſequij ſibi grati
ſimi:multotiẽs cõcedit bñficia ali
qb⁹.q̃ nullo mõ ſine ipſo cõceſſiſſȝ
obſequio, Ita imaginamur de deo
glorioſo . q obſequiũȝ benedicte
paſſionis quã preuidebat exhibẽ

dam. habuit in tāta gratitudine. ⁊ (vt ita dicā) cō placibilitate. ꝙ ſb ſpe iſtius magni obſeqj exhibēdi. cōtulit gratiam liberationis ſctis patribus ⁊ pſeruationis virgini glorioſe. Actualis. ḡ. exhibitio iſti ūs paſſionis iā preuiſe ipſis ſctis patrib⁹. dicit ſalus. ꝑpter duo. p.º ꝑpter ſolutionē ꝑtij: in cuius ꝟtu te habuerant grām remiſſionis. ⁊ pp aptionē Janue padiſi. q̄ clauſa erat eis: vſqꝫ quo originale pec catū eſſet deletū. nō mō quo ad ꝑ ſonas: ſꝫ ēt quo ad totā naturam. Virgi ēt bn̄dicte talis exhibitio paſſionis dicit ſalus ꝑpter duo. pº propter ſolutionem precij: in cuius grata ꝑuiſione fuerat a pctō originali preſeruata. 2.º propter aptionē ianue padiſi. q̄ ei clauſa erat. Ut ſup̄ expoſitū ē. ⁊ ſic. pꝫ. ꝙ iſte auctoritates nihil faciūt ad cōcludendū falſitatē opinionis il lius; Alijs auctoritatib⁹ Pauli ⁊ Xpi benedicti ibi poſitis facīēda eſt ſolutio cōformis his ꝑmiſſis. Nulla eni ibi ponit. q̄ nō facilli me ſoluat. ſi ꝯſiderant. q̄ dicta ſūt in tribus ꝑcedētib⁹ ſolutionibus. ut infra etiam repetam loco ſuo.

Faſciculus octau⁹ ꝯgregat⁹ ex falſis dictis. primi ⁊ ſecundi argu mēti. ſtie vie. ⁊ ſtij prie vie libelli.

a Aſſerere beatā ꝟginē ꝯceptā de ſpū ſctō. ē valde impiū: ſꝫ aſſere beatā ꝟginē conceptaꝫ ſine pctō originali. ē aſſere ipſam ꝯce ptā de ſpū ſctō. ḡ ⁊. c. Cōſequētia nota cū maiori. ⁊ minor ꝓbat. in pria ratione tertie vie.

Cōbuſtio. 8. p quā ſoluūt p.º ⁊ fa ratio. 3. vie. ⁊. 2.º ratio prime vie inuectiue.

a Ad hoc breuiter ⁊ faciliter re ſpōdet: negādo minorē. Et ꝑ ei⁹ itellectione notādo. ꝙ ꝯcipi ex ſpū ſctō. pōt dupliciter itelligi. Uno mō: ita. ꝙ ſpūs ſctūs ꝯcurrat ad gn̄ationē alicui⁹: tāqꝫ cā pncipalis ⁊ ſupior. nō tn̄ itelligēdo ſic. ꝙ for malr ꝯcurrat: ſꝫ. qꝛ ꝟtute ei⁹ ſup plet uis actiua paterna ꝯferēdo ꝟtuti matris potētiā ꝓpinquā ge nerādi. q̄ de ſe ſemp eēt remota. ⁊ iſto mō ꝓcedim⁹ xp̄m cōceptū de ſpū ſctō: inquātū vꝫ collata eſt ꝟgi ni Marie potētia generādi ꝓpi qua: qua potuit cooperi vna cum ſpū ſctō: ſupplente viꝫ pricipalis cauſe ad ei⁹ filij genēatiōē. vt dicit Sco. i. 3. diſ. 4. Pōt quoqꝫ itelligi Cōcipi ex ſpū ſctō: alio mō. vꝫ ꝙ i pricipio ꝯceptiōis alicui⁹: ꝟtute ſpūs ſcti ꝯferat aie ei⁹ grā tāta. ꝙ eā liberet a ꝯtctiōe cuiuſcunqꝫ ma

eule.vł pcti.ꝛ talē cōceptionē at
tribuimus ꝟgini gł'ioſe:i q̄ꝫtū.ſ.in
vniōe corporis ꝛ aīe.q̇ q̇dā ꝯce,
ptio dr̄:fuit i pͦ inſtāti ſui eſſe pſo/
nał ſibi infuſa gr̄a:qua ab origina
li pctō p̄ſeruata ē.Ex hac diſtin,
ctiōe.pꝫ.qualiter amicus nr̄ ima
ginał falſum. Nā licet ſit impiuꝫ
aſſerere Beatā virginē cōceptaꝫ
de ſpiritu ſancto.pͦ mō.non tn̄ ſe
cundo.ꝛ ideo ꝭꝫ diuerſā acceptio
nē huius dicti ꝯcipi ex ſpiritu ſan
cto.datur diuerſa rn̄ſio. qa in vno
ſenſu cōcedēda eſt maior.in alte
ro neganda. Sꝫ rn̄dēdo formałr
ꝛ magis reałr ad itētionē arguen
tis.dico ꝙ mior ē falſa.Et ꝙ Au
guſtinus in illis verbis nihil aliđ
voluit.niſi ꝙ oēs nāliter ꝓpagati
hn̄t originale peccatū:niſi aliūde
ꝯferał eis gratia.ꝛ ſic preſeruēł.
Modo ex hoc.ꝙ aliqs non hēat
peccatū originale arguere.ꝙ non
ſit nāliter ꝓpagatus.vel ꝙ mr̄ eiꝰ
fuerit virgo:ꝛ ꝙ ſpūs ſctūs cōcur
rerit ſupplendo ꝟtutē actiuā pr̄is:
mō quo de chriſti cōceptiōe ꝯſite
mur.ē fallacia ꝭm non cām vt cā.
ꝙ eni iſte nō ꝯtraxerit pctūm ori/
ginale.nō ꝓuenit.ꝙ mater eiꝰ fue
rit virgo.vł ꝙ ſpiritus ſanctus cō/
currerit pro virtute actiua patris:
Sed magis prouenit.qꝛ diuinum
decretū in ꝯceptiōe huius ē ſuſpē

ſum.vł mutatū. Et qꝛ gr̄a q̄ ē mo
bilior oī mobili.prius informauit
hāc aīam.Quare cōcludał. ꝙ ex
hoc.ꝙ virgo Maria non ꝯtraxit
pctūm originale:nō ſeqtur ꝙ non
fuerit cōcepta:ex virili ſemine.vł
ꝙ fuerit cōcepta ex ſpiritu ſctō pͦ
mō.ſꝫ hn̄.2ͦ mō:ꝛ ex his ſoluitur
ēt Argumētū terciū prime vie:qͦ
dicebał.ꝙ dicē Beatā virginē nō
cōtraxiſſe peccatū originale erat
dicē.ꝙ nō fuiſſet cōcepta ex femi/
ne virili. qđ tn̄ falſum eē p iam di
cta patere poteſt.ꝛ preſertiꝫ.ſi at
tendatur.quod dixi in ſexta veri
tate preſentis articuli:in qua cō,
cluſum ē.ꝙ ꝯhere pctūm origiale
nō cōpetit alicui ratiōe ſue indiui
dualis conditiōis:aut ſpecifice p/
fectiōis.quare.ꝛc.Similr̄ ex his
pōt ſolui ſecūda ratio tercie vie.q̇
dicit ꝙ aſſerere Beatā virginē cō
ceptā ſine originali caret oī veri,
tate.qꝛ in ea fuit fomes. q̄ ē effe,
ctus pcti:tāq̄ꝫ cauſe.Ad hoc.n.ꝛ
ad ſimilia ſepe reſponſum ē.quia
tā pcti origiał:q̄ꝫ paſſionū ꝛ pe,
nalitatū ſequētiū illud.cā ē tranſ,
greſſio primi parētis ꝛ diuinū de/
cretū.ꝛ qꝛ deus volūtarie ꝛ libe/
re agit ad ex̄ potuit ſuſpēdere de/
cretū.ꝛ ſic liberare hāc puriſſimā
virginē:tam a pctō originali:q̄ꝫ a
ſequellis eiꝰ.ꝛ potuit ēt eam libe

rare ab vno. nō liberādo ab alte-
ro. Et ideo ſicut n̄ valet. Iſte fuit
cōceptus ſeminaliter. ḡ hʒ pecca
tū originale. q2 hec ꝺ facto fuit fal
ſa demōſtrato. Ioā. Bap. i vētre
matris ſanctificato. ſic non valet.
hec pſona nō cōtraxit peccatū ori
ginale. ḡ nō habuit ſequellas ali-
quas eiuſdē pcti. pʒ. de virgie bn̄
dicta: quā de' voluit preſeruare a
culpa. ꝛ nō ab oibus penis. qua-
re nec valebit. In iſta pſona fuit
fomes. ḡ i ea fuit peccatū origina
le. Et qn̄ probat ex hoc q2 fomes
ē effectus pcti originalis. Dico ꝙ
fomes ē vnū de ſequellis ad trāſ-
greſſionē primi parētis ꝯſequēs
nām humanā cuiuſcūqʒ filij nālis
Ade. ſicut ꝛ ipſum originale pec
catū. niſi deus aliter ordinauerit.
Et ideo p° pōt dici. ſicut veri de-
uoti virgis aſſerūt. ꝙ hec bn̄dicta
Mater: nl'lo mō hūit fomitē. cuʒ
liberata fuerit a paſſiōib' inutili-
bus. ꝛ impfectionē denotātib'. vl'
ſi teneaſ ꝙ habuerit. dicaſ. ꝙ non
magis pōt cōcludi pctūʒ origina
le. in ꝟgie Maria ex eo ꝙ hūerit
fomitē: q̄ʒ ex eo ꝙ hūerit frig'. vl'
mortē. q2. vt. ſ. viſuʒ ē. voluit eaʒ
de' pſeruare ab origiali pctō. n̄ tn̄
ab aliqb' ſequellis: pp cām ibi ta
ctā. Sic i ꝑpoſito nr̄o: noluit deus
ipaʒ liberare a fomite: ſi ipʒ hūit.
Sʒ ſtatiʒ ipʒ i ea extinguē. vl' liga
re ne ſi ab eo fuiſſʒ liberata: ab he
reticis crederet. ꝙ fuiſſet cōcepta
ex ſpū ſctō. Quare pʒ. ꝙ velle eaʒ
iputare ꝺ pctō originali: ex eo ꝙ
hūit fomitē. ē fallacia non tam ex
ignorantia: q̄ʒ ex paſſione prouе-
niens.

Faſciculus. 9. ꝯgregat'. ex fal
ſis dicti ſexti ſeptimi quarti: ꝛ qn-
ti Articuli tercie vie libelli.

e Sic infeſtū horrēda puerſi-
tate Xp̄iane religiōi. ē valde
ipiū. ſʒ aſſerere Btām ꝟginē cōce
ptā ſine pctō origiali. ē huiuſmōi.
ḡ. ꝛc. Cōſequētia nota cū maiori.
ꝛ minor probatur i. 6ª. ratione ter
cie vie.

Cōbuſtio. 9. p quā ſoluūſ. 6ª. 7ª.
4ª. ꝛ. 5ª. ratio tercie vie inuectiue.

a D hoc breuiter rn̄deſ. quia
p dicta ſup̄ rn̄ſio ellici pōt.
negādo minorē. Ad ꝑbationē. di
co ꝙ illa ē p me. q2 de mente Au
guſtini ibi allegati: ad hoc vt ali-
quis nō ſit ifeſtus Religiōi xp̄ia-
ne reqriſ. ꝙ confiteaſ. ꝙ nemo ad
mortē ꝯdēnaſ: niſi p Adaʒ. ꝛ ne
mo ad vitā liberaſ. niſi p xp̄m. qꝺ
ꝯcedo: ꝛ cōcedit ēt virgo g'ioſa.

Ita q̄ dicim⁹ nullū filiū nālē Ade liberꝫ a morte.niſi p xp̄m. Et oēs cōdēnatos.p pctūꝫ ipſius Ade.ꝛ ſic ēt v̄ginē Bn̄dictā ad modū de/claratū ſup̄ Cōbuſtiōe.7ª.ꝛ.8ª.qſ. ꝛc. Per hoc ēt.pꝫ.ad ſeptimum argumētū ibi. Ad qd̄ dicēdum.q̄ virgo Maria n̄ ſe decepit.qꝛ co/gnitio ſua fuit excellētioꝛ cognitio ne Augu.ꝛ cognitione hui⁹ perti nacis aduerſarij. Cōfeſſa eſt ḡ.q̄ ſolus xp̄s ē.q ſine pctō.ꝛ formali ter ꝛ radicalr̄ fuit:in quātū ex p̄/pꝛia nā ſua ꝛ ex mō cōceptionis. nec habuit.nec habere debuit ta le peccatū.cū quo tn̄ ſtat.q̄ n̄ fuit ſolus abſolute ſine pctō originali formalr̄.cū ab eo ſua bn̄dicta ma/ter ſit p̄ſeruata:nec i hoc derogat ſue ſingulari cōceptioni.vt p̄batū eſt ſupꝛa. Nec ēt illa excluſiua.ſo lus chꝛiſtus.patitur aliquam ca/lumniaꝫ.vt pꝫ.intelligenti natu/ram dictionis excluſiue. Per di/cta etiā patere pōt.quid ſit dicen duꝫ.ad quartam ꝛ quintā ratio/neꝫ eiuſdem vie. qa ſunt formate quaſi in eodē medio:ſub quo ſtat etiā ratio ſexta:Et ideo vtraqꝫ mi noꝛ illaꝝ rationū ē negāda: ꝛ ad eaꝝ p̄batiōes p̄cedēdū ē ꝯſeqnē ter ſecūdū ſupꝛa multociēs repli/cata.ḡ ꝛc. Heu quo ſe transferet pauper ille:cū vias omnes.in qui bus tantum confidere videbatur ſibi clauſas cognoſcat? Jam falla/cijs ſuis deuotoꝛum mentes deci pere nequaquā poterit:cuꝫ ex his faſciculi congregati.ꝛ in ignē ſup poſiti ſint.ſicqꝫ ſpiritus ſancti vir/tute.qui ignis conſumens eſt. ad nihilum ſunt redacti.q̄ nullo mo/do ſibi in poſterum ad conſuetas machinatiōes poſſunt deſeruire. Nec imerito:Blaſphemauerat. n.celi Reginam:puriſſimā virgi/neꝫ:Jdeo foꝛtiſſimis lapidibus: hoc eſt eiuſdem ſpiritus ſancti ve ritatibus ꝯtundi debuerat os ei⁹. Quare nunc diſcat timere.reue/reri.ꝛ obſeruare Mariā Bene dictiſſimaꝫ. Dei genitricē. Apo/ſtolici oꝛdinis aduocatam.cui oꝛ/dini ( pena docente ) amplius no lit eſſe moleſtus:ſi vltra hec; eter ne maledictionis Anathematiza tionem cupit euadere. Pro com/pleta tamen euacuatione argu/mentoꝛuꝫ.ꝛ fallaciarum inuecti/ue aduerſarij: congruum nunc eſt vltimū hūc congregare faſciculuꝫ: cum ſua combuſtione:qua Argu/mētis illis quoꝛum ſumuntur me dia a ſcriptura ſacra ſiue a ſctōꝝ̄ dict̄ formalr̄ aſſignet̄ rn̄ſio: que tn̄ realr̄ ꝛ ad materiā fuit ſupꝛa ſuffi ciēter declarata:maxie qꝛ credi/dit ip̄e.q̄ ex his ſuis fictiōib⁹ ma

magnū ſit ſuo errori pſtituȝ adiu-
torium.

Faſciculus decimus cōgrega-
tus ex falſis dictis octaui Articu-
li: vſqȝ ad terciūdecimū incluſiue
tercie vie libelli.

a Aſſerere oppoſitū ei⁹ qđ te-
nent Aliqui doctores famo
ſi. ⁊ ſancti. vel qđ ē ab eccl'ia de-
terminatū: ſiue qđ pōt a ſcriptura
ſacra ellici. ē impiū. ⁊ temerariū.
Sȝ aſſerere virginē Mariā con
ceptā ſine peccato origiali ē huiuſ
modi. ḡ. ⁊ c. pȝ. cōſequētia cū ma-
iori. ⁊ minor pbaſ in 3ª via libel-
li: icipiēdo ab. 8ª rōne. vſqȝ ad. 13.
incluſiue. ḡ ⁊ c.

Cōbuſtio. xª. p quā ſoluūſ octa-
ua ratio cū alijs vſqȝ ad. 13. inclu-
ſiue tercie vie inuectiue.

a Ad hoc formal'r rñdēdo. dico
p°. vno mō negādo maiorē
pro pª parte: nō. n. eſt ſemp teme
rariū aſſerere ↄtrariū eius. qđ do
ctores ēt ſancti. vl' famoſi dixerūt.
patuit ſupra veritate quarta. Ubi
pbatū ē nullū eē peccatū negare
ſanctū Hieronymū vbi loquiſ de
ceſſatiōe legaliū: Immo rōnabl'r
ad hoc coguns quicūqȝ viā Aug.
tenuerint. ḡ multo min⁹ erit ipie-
tas in aliquo caſu negare ſanctuȝ
thomā. q in dei eccl'ia: nec ſcien-
tia nec ſanctitate ita famoſus cre
diſ. Intelligēdo. ḡ maiorē ſic ab-
ſolute. ꝙ temerariū ſit negare di-
cta Doctorū in materia ēt opina
bili. vt ē illa de ceſſatiōe legaliuȝ.
Et vt ē in caſu nr̄o de ↄceptu v̄gi
nali. ē ſimpliciter negāda: tāqȝ fal
ſa ⁊ minor cōcedēda: nec ex hoc
ſeqtur aliqđ icōueniēs. Sed ſi ca
piaſ maior: cū altera parte ipſi⁹. ſ.
eē impiū tenere oppoſitū ſcriptu-
re ſacre. vl' ei⁹ qđ eccl'ia determi-
nauit: cōcedēda ē maior. ⁊ minor
negāda. Et ad pbatiōnē minoris
dicēdū. ꝙ paſſio ⁊ odiū debēt re-
moueri ab inqſitionib⁹ veritatꝯ. ⁊
qr amici noſtri mens iaȝ tenebris
offuſcaſ. taliū velamine paſſionū.
nil mirū ſi ſuis contētus fuit pba-
tionib⁹. que tamē oculis mūdis ⁊
ſane mēti. nullā veritatē ↄcludūt.
qđ. pȝ. primo. qr dicit errorē ſuuȝ
approbatū ab eccl'ia. Sed vbi iſta
approbatio cōtineaſ. ⁊ i qua de-
cretali. et vtꝝ i nouis. vl' antiqs:
non declarat. ⁊ ideo ea facilitate
dictū ſuū cōtēniſ: qua pbaſ. Secū
do. pȝ. ꝙ ille pbatiōes nihil ↄclu
dūt: qr i quo loco ſcripture ſacre.
vel a qua deducaſ auctoritate. ꝙ
virgo bñdicta ſit in origiali conce
pta. nō exprimit. niſi ſubuertēdo

ſenſuz ſacroꝝ ⁊ diuinoꝝ verboꝝ. qđ ē ꝯ id qđ hēť.37.di.c. Relatum.vbi Clemēs papa di.qđ ſcriptura ſacra.nō eſt trahēda ad eū dē ſenſū: ad quē ſibi qſqꝫ ꝑſumit: ſꝫ ex ipſa.ſenſū oportet cape veritatis.hec ibi.ſꝫ dicet ſtatiꝫ. ꝙ ſatiſ ꝓbat illas maiores p Auctoritates. Et ideo rogo q̄mcūqꝫ đuotū. vt caueat diligēť:ne circūueniatur ab iſto aduerſario ſpiritu ꝓprij ſēſus inflāmato.⁊ memor ſit ois talť cōdeuotus.illoꝝ que ē articulo.2º. cōcluſione.3ª.annotaui.q̄.ſ.dicunť illa.ad q̄ ex debito firma fide adherere debemus. ⁊ cū inuenerit. ꝙ virginē cōceptā in origiali pctō in aliquo illoꝝ nec implicite: nec explicite cōtineť:huius aduerſarij inuectiuā:tāq̄ ecclēſie catholice ſuſpectā: ⁊ glorioſe ꝟgini odioſam omio fugiat.pꝫ.ǧ.ꝙ.ẜm diuerſas formationes illiuſ maioris ⁊ minoris nō pōt vnica dari reſponſio formalis.ſꝫ ꝙ negeť aut ꝯcedať altera illaꝝ argumēti ſui deductio nullā vim optinet ad cōcludendū hanc beatā virginē Cōceptam in originali pctō.qř.⁊c.pꝫ. igiť hactenus hoc ordinato ⁊ tñ breui ꝓceſſu.qualiter tā Argumēta q̄ſ ſctōꝝ auctoritates i oppoſitā viā adducte ex aduerſarij falſa interꝑtatiōe.nihil ꝯ ſctē Marie honoris zelatores cōcludūt.qř in ſta denominatione in penā culpe obloquētis:eoꝝ euacuatio Cōbuſtio appellata eſt. Neqꝫ eniꝫ aliter fier potuit cū ſecūdū Sco.pri ma.q.ꝓlogi. Actiuo ⁊ paſſiuo ap primatis neceſſario ſequať actio. Ideo faſciculo igni ſuppoſito. nō potuit nō ſeq̄ cōbuſtio. Nūc itaqꝫ deuotiſſimi materne puritatis. alia aggrediamur.vt ſicut fauore benedictiſſime ſup benedictos :in hoc prio cōgreſſu victoriā reportamus eiuſdem ſuffragio in ſequētibus quoqꝫ victorioſiſſimi. inueniamur. Adſis igitur nobis. O preſentis ſeculi infatigata gubernatrix: et animorum errātium viſitatrix benegniſſima. Ecce tui ſumus: ⁊ ꝓ tui honore tantū aggreſſi ſumus ꝑluꝫ: Nō deſpicias gemitꝰdeuotoꝝ fideliū.q̄ mīa tua quorūcūqꝫ miſeroꝝ ēt infideliū ad te clamantiū ꝑces exaudis :⁊ eis auxiliū ꝑſtas: Principiū belli te fauente noſtra fuit victoria. Sit q̄ſumus mediū ⁊ finis:te iubēte noſtra corona.

Punctus ſecūdus Articuli tercij principalis in quo oſtendiť. ꝙ ſolutiones date rōnibus deuotorū virginis poſite in tertia pte inuectiue nulle ſunt.

